apud ſuperos atque inferos agitant: mihi neceſſe eſt quotidie tum hoc, tum illud pariter agere. Deinde [10] duo illi Alcmena ac Semele miſeris prognati mulieribus, otioſi in conviviis accumbunt: At ego Maia Atlantide progenitus, illis miniſtro ſcilicet. Et nunc quum recens [11] Sidone à Cadmi filia reverſus eſſem (nam ad hanc me legarat viſum quid ageret puella) priuſquam reſpiraſſem, & adhuc anhelum de via ruiſum ad Argos amandavit, viſurum quid cum [12] Danae ageretur. Rurſum inde in Bœotiam profectus, inquit, obiter [13] Antiopam viſita: adeò ut planè jam pariturum me negarim. Quod ſi mihi licuiſſet, lubens profectò feciſſem id quod ſolent ii qui terris duram ſerviunt ſervitutem. *M.* Miſſa fac iſta, gnate: decet enim per omnia morem gerere parenti, quum ſis juvenis: Ac nunc quò juſſus es [14] Argos contende, deinde in Bœotiam: ne ſi ceſſaris, fueriſque lentior, plagas etiam auferas: nam iracundi ſunt qui amant.

10 *Duo illi Alcmena, &c.*] id eſt *Hercules* & *Bacchus*, nam Hercules fuit Jovis & Alcmenæ filius. Bacchus vero Jovis ex Semele Cadmi filia.

11 *Sidon.*] oppidum eſt Phœniciæ regionis, & apud Sidonem & Tyrum Cadmum cum Phœnice regnaſſe, ſcribit Euſebius. Cadmi filiæ quatuor fuere Semele, Agave, Autonoe & Ino, cum Semele Jovem concubuiſſe vulgatum eſt.

12 *Danae.*] Acriſii Argivorum regis filia à patre in quadam turri concluſa fuit, ob id quod in reſponſis habuit, ſe manu ejus qui ex filia naſceretur moriturum, ad hanc Jupiter (cùm alia non pateret via) in aurem imbrem ex tegulis per impluviam in gremium ejus ſe cadere permiſit, quæ ex eo compreſſu Perſæum genuit.

13 *Antiopa.*] Lyci Thebarum regis uxor fuit Æſopi filia, vel ut alii volunt Nyctei: Hanc Jupiter in Satyram converſus gravidam fecit, quæ Zetum & Amphionem ex eo compreſſu peperit.

14 *Argos.*] Nomen eſt unius regiunculæ in Græcia. Unde Græci Argivi dicti ſunt, fuit & nomen aliquot oppidorum Græciæ.

DIA-

DIALOG. V.

VENERIS & CUPIDINIS.

CUpido gnate, vide quæ facis flagitia. Non jam de his loquor, quæ te impulſore mortales in terra, vel in ſe quiſque, vel invicem alii in alios faciunt; verùm de his ago, quæ apud Superos quoque deſignas, qui quidem Jovem ipſum cogis [1] varias aſſumere formas, in quodcunque tibi pro tempore viſum fuerit, eum vertens: tum [2] Lunam è cœlo devocas: quin & Solem aliquoties compellis lentum apud [3] Clymenen ceſſare, [4] aurigandi muneris ablitum: nam quicquid injuriæ in me matrem committis, audacter ac tanquam tutò facis. Verùm tu quidem, ô Deorum omnium confidentiſſime, [5] Rheam inſuper ipſam jam anum, præterea Deorum tam multorum parentem, eò perpuliſti, ut puſionem adamet, atque in [6] Phrygium illum adoleſcentulum

1 *Varias formas.*] Nam Jupiter impatientia amoris ſe vertit in taurum, in aquilam, in olorem, ſatyrum Amphitryonem aurum, ignem, paſtorem, ſerpentem, ut ſcribit Ovidius in *vi.* Metamorph.

2 *Endymion.*] Paſtor fuit admodùm formoſus, cùm in Lamio Cariæ monte aliquando obdormiviſſet, à *Luna* deoſculatus eſt, quæ in ejus amorem exarſerat, ita ut fratri bigas ſuas agitandas dederit, Seneca in Hippolyto.

Arſit obſcuri dea clara mundi
Nocte deſerta, nitidoſque fratri
Tradidit currus aliter regendos.

3 *Clymene.*] Fuit Oceani & Tethyos filia, & quia forma præſtabat, Soli placuit; ex quo concepit Phaethontem & ejus ſorores.

4 *Aurigor.*] Rego, moderor, Valla. Hectori aliquis fratrum ferè aurigabatur currum.

5 *Rhea.*] Quæ & Cybele, & Berecynthia, & Ops dicitur, filia fuit *Cœli* & *Veſtæ*, & *Saturni* fratris ſui conjux. Hanc poetæ Jovis & aliorum plurium Deorum matrem dixerunt, eique quadrigam à quatuor Leonibus tractam aſſignaverunt, & capiti ejus turritam coronam, & ſceptrum manibus addiderunt. Et cùm incederet, ſacerdotes dicti Galli, tympana tangentes & æra, præcedebant, & Corybantes armati illam ambiebant.

6 *Atys.*] *Puer Phrygius* adamatus à matre Deorum, cùm ei caſtitatem promiſiſſet quam non ſervavit, in furorem verſus ſeipſum excaſtravit.

leſcentulum depereat: ac tua jam opera inſanit, junctiſque leonibus, adhibitis item Corybantibus (quippe qui & ipſi furore quodam ſunt afflati) per Idam montem ſurſum ac deorſum oberrat, ipſe quidem Atys amore ejulans: Cæterùm [7] Corybantum alius ſuum ipſe cubitum enſe deſecat, alius demiſſa coma per montes fertur inſanus, alius cornu canit, alius tympano tonat, alius cymbalo perſtrepat. Breviter, omnis undequaque Ida tumultus atque inſaniæ plena eſt.

2. Proinde cuncta timeo: metuo ne tale quid accidat quandoquidem te produxi, ut ſi quando reſipiſcat Rhea, vel potiùs ſi pergat inſanire, Corybantibus imperet, ut te correptum diſcerpant, aut leonibus objiciant. Hic me ſollicitat metus, quod videam tibi periculum imminere. *C.* Otioſo animo eſto, mater; ſi quidem leonibus etiam ipſis jam familiaris ſum factus, ita ut ſæpenumero conſcenſis eorum tergis, prehenſáque jubâ, equitis ritu inſidens illos agitem. At verò illi interim mihi caudis abblandiuntur, ac manum ori inſertam receptant, lambuntque, deinde mihi reddunt innocuam. Porrò Rheæ ipſi quando tandem vacaverit ut me ulciſcatur, quum in Aty ſit tota? Poſtremò quid ego pecco, quum res pulchras ut ſunt offero ac demonſtro? Vos ne appetite res pulchras, quare his de rebus ne in me crimen conferte. Num vis ipſa tu mater uti neque tu poſthac Martem ames, neque ille te? *V.* Ut es pervicax, & nulla in re non ſuperas! Attamen horum quæ dixi aliquando memineris.

7 *Corybantes.*] Sacerdotes ſunt Cybeles, ſive Rheæ, qui in ſacrificiis matris Deorum armati ſaltantes caſti ac puri ſunt aſſumpti; Corybantes autem appellati quod inter ſaltandum capita jactent.

DIA-

DIALOG. VI.

DORIDIS ac GALATEÆ.

1. FOrmoſum amantem, Galatea nempe [1] Siculum iſtum paſtorem aiunt amore tui deperire. *G*. Ne ride, [2] Doris: etenim qualis qualis eſt, Neptuno patre prognatus eſt. *D*. Quid tum poſteà, ſi vel Jove ipſo ſit progenitus, quum uſque adeò agreſtis atque [3] hiſpidus appareat, quodque omnium eſt deformiſſimum unoculus? An verò credis genus illi quicquam profuturum ad formam? *G*. Ne iſtuc quidem ipſum, quod hiſpidus eſt atque agreſtis, ut tu vocas, illum deformat, quin virile magis eſt. Porrò oculus media in fronte decet etiam, quo quidem nihilò ſegnius cernit, quam ſi duo forent. *D*. Videris Galatea non amantem habere Polyphemum, ſed illum potius adamare: ſic eum prædicas. *G*. Non equidem illum adamo, ſed tamen inſignem iſtam veſtram [4] inſultandi * opprobrandíque petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimirùm invidentia quadam

1 *Sicilia.*] Regio eſt fertiliſſima, olim Italiæ conjuncta, nunc mari diſcreta: inde Siculus paſtor dictus eſt *Polyphemus* Cyclops, cui oculus duntaxat unus in fronte, qui in Sicilia paſcebat oves, de cujus inuſitatâ magnitudine, crudelitate in hoſpites animi, utque Ulyſſes eum cœcavit, Virg. in 8 Æneid. & Ovid. 14 Metam graphicè ſcripſerunt.

2 *Doris.*] Nympha eſt ſeu Dea Maris, *Oceani & Tethyos* filia: ponitur pro aqua interdum, veluti pleraque nomina deorum, dearumque, ut inventorum, pro rebus vel inventis vel quibus præſunt, ut Terent.

Sine cerere & Baccho friget Venus.

3 *Hiſpidus.*] Propriè ſetoſus dicitur, horrorem tamen quendam denotat, qui vel naturâ vel incuriâ accidit. Unde Polyphemus apud Ovid. in xiii.

Barba viros decet, hirtaque in corpore ſetæ.

Et Diogenes interrogatus, cur tam prolixam barbam nutriret, ut hanc tangens, reſpondit, *Meminerim me eſſe virum.*

4 *Inſultandi.*] Præter alia, ſignificat *irridere.*

* *Opprobrare.*] Eſt *convitiari* & *Contumelioſè* aliqua cuipiam *objicere.* Hinc *Opprobrium*, ignominia, deducus.

iſtuc facere videmini, propterea quòd ille, quùm fortè aliquando gregem paſceret ſuum, noſque è littorali [5] ſpecula in littore ludentes cerneret in prominentibus [6] Ætnæ pedibus, quæ videlicet inter montem & mare littus ſeſe in longum porrigit, vos ne aſpexerit quidem: at ego omnium una viſa ſum formoſiſſima, eoque unum in me [7] conjecerit oculum. Ea res vos [8] malè habet: nam argumentum eſt me forma præſtantiorem eſſe, ac digniorem quæ amer: vos contra faſtiditas eſſe. *D.* An iſtud tibi putas invidendum videri, ſi primum paſtori, deinde luſco formoſa viſa ſis? quanquam quid aliud ille potuit in te probare præter candorem? Idque, opinor, quod caſeo & lacti aſſueverit: proinde quicquid his ſit ſimile, id protinùs pulchrum judicat. Alioqui ubi libebit ſcire qua ſis facie, de ſcopulo quopiam in aquam, ſi quando tranquilla ſteterit, deſpectans teipſam contemplare: videbis aliud nil niſi [9] perpetuum candorem: verùm is quidem non probatur, niſi rubor decus illi adjunxerit.

2. *G.* Atqui ego illa * immodicè candida, tamen ejuſmodi habeo amantem: quum interim è vobis nulla ſit, quam vel paſtor, vel nauta, vel portitor aliquis miretur: cæterùm Polyphemus (ut alia ne dicam) etiam canendi peritus eſt. *D.* Tace, ô Galatea, audivimus illum canentem, quum nuper [10] pru-

5 *Specula.*] Locus eſt editus & eminens, undè procul liceat videre & ſpeculari.

6 *Ætna.*] Mons eſt Siciliæ perpetuo igne incenſus, qui flammas, cinerem, & favillas frequenter evomit. In hoc Cyclopes dicuntur Jovi fabricare fulmina.

7 *Jacere oculum in alium.*] Eſt amoris cauſſa & benevolentiæ quempiam blandè aſpicere.

8 *Malè habere.*] Eſt quandoque vexare & torquere: interdum ægrum eſſe morbo & laborare.

9 *Candorem perpetuum.*] benè & convenienter expreſſit colorem eximiè album, & Galatea dicitur quaſi *lactis dea.*

* *Immodicè.*] Non modicè, ſed multum.

10 *Prurire.*] Propriè eſt uri deſiderio & appetitu confricandi ſeſe. *Prurius* talis naturæ appetitus tranſumitur hic, ut libidinem notet, quâ homo laſciviens in mulieris concupiſcentiam ardeſcit.

riret in te : Sed ô ſancta Venus ! aſinum rudere dixiſſes : nam Lyræ corpus ſimillimum erat cervino capiti oſſibus renudato : tum cornua perinde quaſi cubiti prominebant : iis junctis inductiſque fidibus, quas ne collope quidem circumtorquebat, agreſte quiddam & abſonum cantillabat, quum aliquid interim ipſe voce caneret, aliud lyra ſuccineret : ita ut temperare nobis nequiverimus, quin rideremus amatoriam illam cantionem. Nam [11] Echo ne reſpondere voluit illi balanti, quum ſit adeò garrula : imò ipſam puduiſſet, ſi viſa fuiſſet ſtridulum illius & ridiculum cantum imitari. Ad hæc geſtabat in ulnis Amaſius iſte delicias ſuas, urſi catulum, pilis hirtum, ipſi non admodùm diſſimilem : quis autem non invideat tibi amicum iſtum, Galatea ? *G.* Quin tu etiam, Dori, tuum ipſius amicum nobis commonſtra, qui meo ſit formoſior, quique doctius ac melius vel voce canat, vel citharâ. *D.* Mihi quidem nullus eſt amator, neque me hoc nomine jacto, quaſi ſim vehementer amabilis, veruntamen iſtiuſmodi amicum, qualis eſt Polyphemus, nempe totus [12] hircum olens, tum crudis victitans carnibus, & hoſpites, ſi qui appulerint, devorans, tibi habeas, eumque tu mutuum ames.

11 *Echo.*] Dea eſt quæ clamantibus reſpondet. Phyſici vocant repercuſſionem ſoni ex objectu laterum loci cavernoſi aut concavi.

12 *Hircum olere.*] Eſt fœtere more hirci.

DIALOG. VII.

Panis & Mercurii.

1. *Pan.* SAlve pater Mercuri. *M.* Salva utique & tu : Sed quomodo ego pater tuus ſum? *P.* Annon [1] Cyllenius ille Mercurius es tu ? *M.* Atque admodum, quo pacto igitur filius meus es? *P.* Adulterinus ſum, ex amore tibi natus. *M.* Per Jovem hirci fortaſſe cujuſdam, qui capram per adulterium cognovit. Nam meus quomodo fueris, qui & cornua habes, & naſum talem, & barbam hirtam & pedes bifidos, hircinóſque præterea, & caudam ſuper natibus? *P.* Quæcunque in me convitiando dicis, iis tuum ipſius filium, pater, probroſum, ac turpem declaras : imò potius teipſum, qui ejuſmodi generas & tales liberos procreas : ego verò extra culpam ſum. *M.* Quam autem matrem tuam ais eſſe? Num ignorans alicubi cum capra adulterium exercui ego? *P.* Non cum capra ; ſed tibi ipſe in memoriam revoca. Num in Arcadia quandoque puellam liberam per vim ſtupràris? Quid mordendo digitum quæris, ac diu dubitas? Icarii filiam dico Penelopen. *M.* Quid igitur illi accidit, quod [2] pro me hirco ſimilem te peperit? *P.* Dicam tibi quæ ex illa ipſa audivi, quando enim me in [3] Arcadiam [4] ablegabat,

1 *Cyllenius.*] Ita vocatur Mercurius à *Cyllene* monte Arcadiæ, ubi natus erat, Virg. Æneid. 8. v. 138.

Vobis Mercurius Pater eſt, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

2 *Pro me.*] i. e. Pro puero mei ſimili, &c.

3 *Arcadiam.*] Ita vocatur ab Arcade Jovis filio, Peloponneſi regio intima, à mari undique remota, pecori & paſtoribus gratiſſima.

4 *Ablegabat.*] E Lacedæmone vel Spartâ patriâ Icarii, & Penelopes, in Arcadiam breve erat iter. *Ablegabat* autem, quoniam hirtus erat & deformis. Vid. Hom. hymn. in Pana.

O puer,

O puer, inquit, mater quidem tua ego ſum, Penelope, ex [5] Sparta nata: cæterùm patrem nôris habere te Deum, Mercurium illum, [6] Maiæ ac Jovis filium. Quod ſi igitur cornutus ipſe es, ac pedes hircinos habes, ne id ægrè feras. Quando enim mecum rem habebat pater tuus, hirco ſeipſum aſſimulaverat, quo faciliùs lateret.

2. *M.* Per Jovem memini me tale quiddam facere. Ego igitur formoſus ille, qui ob formam ac pulchritudinem animum elatum præ me fero, qui adhuc imberbis ipſe ſum, pater tuus vocabor? & ab omnibus riſu excipiar ob præclaram liberorum procreationem? *P.* At verò dedecori tibi pater non ſum. Nam & muſicus ſum, & fiſtula cano, admodum pleno ſpiritu: & Bacchus ille nihil abſque me facere quicquam poteſt: ſed & ſocium & conſultatorem fecit me, & duco ipſi chorum. Jam & ovilia mea ſi videas, quot & per [7] Tegeam & per [8] Parthenium habeo, admodum delectaret te. Impero autem & Arcadiæ toti. Nuper verò etiam Athenienſibus auxilium ferens, ita præclarè rem geſſi in [9] Marathone, ut ceu donum militare quoddam, re-

5 *Sparta.*] Sparta erat Urbs Peloponneſi nobiliſſima.

6 *Maia.*] Maia Atlantis erat filia ex Pleione nata.

At Maiam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas genuit, Cæli qui ſidera fulcit.

Virg. Æneid. 8. *v.* 140. *à Patre vocatur* Atlantis, *à Matre* Pleias.

7 *Tegeam.*] *Tegea* eſt urbs Arcadiæ atque inde Pan aliquando vocatur *Tegeæus.*

8 *Parthenium.*] Sub hoc nomine multa notantur loca; urbs Eubœæ, Thraciæ, fluv. Paphlagonum; hic autem mons Arcadiæ, qui ſupra Tegeam eſt.

9 *In Marathone.*] *Marathon* eſt Attici agri civitas, ubi feliciter pugnatum eſt ab Athenienſibus contra Perſas. Vid. Juſtin. lib. 2. c. 9. & Herodot. lib. 6. Pauſan. in Attic. ait Pana Philippidæ in ſuâ ad Lacedæmonas legatione occurriſſe, & in eâ pugnâ Athenienſibus ſe fore auxilio dixiſſe. Atque is fortaſſe erat, qui ut ipſe non multò pòſt ait, τὸ εἶδος καὶ τὴν σκευὴν ἀγροῖκος multos barbarorum occidit aratro, & poſteà evanuit; licèt Apollo rogatus quis erat, non aliud reſpondebat, quam ut Echetlæus Heros coleretur. Quod autem ait Gilbertus Cognatus in hunc locum Pana majore quam humanâ ſtaturâ, inflatâ conchâ, terrorem incuſſiſſe hoſtibus, nuſquam alibi repperio: lapſus fortaſſe memoriæ eſt; nam id dicitur de *Pane* in Bello Giganteo.

tulerim

tulerim * antrum illud quod eſt ſub arce. Quod ſi igitur Athenas veneris, cognoſces quantùm ibi ſit nomen Panos. *M.* Ac dic mihi, duxiſtíne uxorem jam ? hoc enim opinor dictitant Te. *P.* Nequaquam pater : amator enim ſum, neque cum una aliqua rem habere contentus forem. *M.* Capras videlicet conſcendis. *P.* Tu quidem irrides me, at ego tamen & cum [10] Echone, & cum [11] Pity rem habeo, præterea & cum omnibus Bacchi [12] Mænadibus, atque admodum ſtudiosè ab illis obſervor. *M.* Scis igitur quid te gratificari mihi, fili, primum omnium velim. *P.* Impera pater, nos autem videbimus, hæc uti fiant. *M.* Et accedas ad me, & prehenſes licet, [13] patrem autem, vide ne me appellâris, quonam audiente.

* *Antrum.*] Meminit hujus antri Pauſanias in Rebus Atticis, idemque deſcribit.

10 *Echone.*] *Echo* primum erat Nympha fluvii Cephiſi accola, at capta Narciſſi & ipſam, & cæteras omnes ſpernentis amore contabuit, & in vocem evanuit, quæ quoniam à cautibus & nemoribus repercuſſa auditur, ideò Pani & paſtoribus dicitur eſſe grata, & quaſi Nympha adhuc eſſet adamari. Vid. Ovid. Metam. lib. 3. fab. 5. *v.* 355, &c.

11 *Pity.*] *Pityn* aiunt puellam fuiſſe à Pane ſimul & Borea adamatam, quæ quoniam Pani magis favebat, à Borea illiſa in ſcopulum mortem obibat, at ne tota periret, Tellus ex eo, quod reliquum erat, arborem produxit, quam Latini appellant pinum, cujus ramos coronatus Paſtorum Deus geſtare amat.

12 *Mænadibus.*] Mænades Bacchi erant ſacerdotes, fœminæ furore percitæ, ἀπὸ τοῦ μαίνομαι inſanio, quia ſacrificantes inſaniebant ; dictæ aliquando *Thyades* & *Mimallones.*

13 *Patrem autem.*] Patrem Panos eſſe Mercurium affirmat Homer. in *Hymno* ad Pana, atque eo nomine ideo fuiſſe vocatum, quòd cùm Mercurius cæteris Deorum eum oſtenderet, placebat omnibus.

Πᾶνα δέ μιν καλέσκον ὅτι φρένα πᾶσιν ἔτερψε.

Duris Samius autem, in eo libro quem de Agathocle ſcripſit, illius nominis aliam rationem dediſſe fertur, ſcilicet quod ex congreſſu *omnium* cum Penelope procorum natus erat.

DIA-

DIALOG. VIII.

Jovis & Mercurii.

Jup. ILlam Inachi puellam pulchram nôſti, Mercuri? *M.* Etiam, Io dicis. *J.* Non amplius puella illa eſt, ſed juvenca. *M.* Monſtroſum hoc. Quomodo mutata eſt? *J.* Zelotypiâ mota [1] Juno transformavit ipſam. Sed & novum aliud quoddam malum inſuper excogitavit. Infelici illi bubulcum quendam multioculum, Argum nomine, cuſtodem addidit, qui juvencam paſcit, inſomnis & pervigil ipſe exiſtens. *M.* Quid igitur nos oportet facere? *J.* Devolans [2] in Nemeam ſylvam (illic alicubi Argus paſcit) illum quidem interficito: ipſam verò Io per pelagus in Ægyptum abducens, Iſim facito, & de cætero pro Dea ab incolis habeatur, [3] Nilumque attollat, & ventos immittat, & præterea * navigantes ſervet.

1 *Juno transformavit.*] Transfert pam Jupiter in Junonem cujus ipſe reus erat, ſi rectè cecinit Ovidius; ſic enim ille:
Conjugis adventum præſenſerat, inque nitentem
Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.

2 *In Nemeam ſylvam.*] Nemea Regio ſylvoſa eſt in Achaia inter Cleonas & Phliuntem, ſatis nobilis ob leonem quem occidit Hercules.

3 *Nilumque.*] Nilus fluvius Ægypti.

* *Navigantes ſervet.*] Pictores quis neſcit ab Iſide paſci? Juv. Sat. 12. v. 28.

DIA-

DIALOG. IX.

Apollinis & Vulcani.

1. *Vul.* Vidiſtin' Apollo [1] Maiæ infantulum illum nuper genitum, ut formoſus eſt, & arridet omnibus, & jam quoque tale quiddam præ ſe fert, quaſi in magnum aliquod bonum evaſurus ſit? *A.* Illumne ego infantem dicam, ô Vulcane, aut in magnum aliquod bonum evaſurum, qui ipſo [2] Japeto antiquior eſt, quantum ad fraudulentiam attinet? *V.* Et quem adeò injuriaa fficere potuerit jam primum in lucem editus? *A.* Interroga Neptunum, [3] cujus tridentem ſuffuratus eſt: aut Martem, nam hujus ſubtraxit clam è vaginâ gladium; ut interim de me ipſo non dicam, quem & arcu ſpoliavit, & ſagittis. *V.* Hæccine infantulus & modò natus ille, qui vix dum movebatur in cunis inter involucra?

2. *A.* Scies, Vulcane, ſi modò ad te aliquando venerit. *V.* Atque venit jampridem. *A.* Quid igitur? habeſne omnia fabrilia inſtrumenta? necdum quicquam illorum tibi amiſſum eſt? *V.* Omnia, Apollo. *A.* Attamen inſpice diligenter. *V.* Per Jovem, forcipem non video. *A.* Sed videbis illum alicubi inter involucra in cunis infantis. *V.* Adeóne aduncas manus habet, perinde ac ſi in ipſo ventre jam tum meditatus eſſet furandi rationem?

1 *Maiæ infantulum.*] i. e. Mercurius. Ille enim Jovis & Maiæ filius, furax & fraudulentus ſemper audiens.

2 *Ipſo Japeto antiquior.*] Japetus (ut ferunt) Cœli & Terræ filius, quo neminem Hominum credunt Græci antiquiorem.

3 *Cujus tridentem.*] Singulis Deorum ſingula inſignia, Neptuno tridens Marti framea ſeu gladius, Apollini arcus & ſagittæ, Jovi ſceptrum & fulmina.

A. An-

A. Annon audiviſti ipſum loquentem quoque jam arguta ac volubilia quædam? Atque etiam hic miniſtrare nobis vult. Heri autem vocato ad ſe Cupidine, ſtatim illum palæſtra ſuperavit, neſcio quo pacto pedes illi ſubtrahens. Deinde cùm à cæteris laudaretur, intereà Veneri ſurripuit cingulum, cùm illa amplexata ipſum fuiſſet ob victoriam. Jove autem ridente, ſceptrum illius ſuſtulit, & niſi gravius fuiſſet, & plus ignis habuiſſet, ipſum quoque fulmen ſubtraxiſſet.

V. Celerem atque agilem quendam puerum mihi narras. *A.* Quin imò & muſicum prætereà. *V.* Undenam hujus rei conjecturam facis? *A.* [4] Teſtudine mortuâ alicubi inventâ, inſtrumentum ex ea compactum dedit. Brachiis enim adaptatis, & jugo ſuperinducto, deinde calamis (chordarum anſulis videlicet) infixis, fundóque infra, & quaſi quodam dorſo ſubjecto, atque inde [5] ſeptem chordis ſuſpenſis & intentis, jucundum adeò quiddam modulatur & concinnum, ut ego quoque illi jam invideam, [6] jam olim perſonando citharam me exerceo.

4 *Teſtudine mortuâ alicubi inventa.*] Sunt qui dicunt iſtam teſtudinem eſſe repertam juxta Nilum poſt diluvium, quæ, cùm conſumpta carne, arida eſſet, percuſſis nervis ſuperſtitibus edidit ſonum, quo monitus, non ut hic traditur, ſed ad ejus exemplar, lyram, quam ὄργανον vocat Lucianus, compegit Mercurius.

5 *Septem chordis, &c.*] Conſentiunt omnes Mercurium eſſe Lyræ repertorem. Vide Horat. carm. lib. 1. Od. 10, & 21, ſed de numero chordarum non itidem liquet: ſunt qui dicunt primo fuiſſe tantum tres, ſunt qui quatuor. Videat cui libet Macrob. Saturn. lib. 1. c. 19. Pol. Virg. de rerum inventoribus, lib. 1. cap. 15. Diod. Sicul. lib. 1, & 5, ſentit cùm Luciano, Hor. lib. 1. c. 15.

Tuque teſtudo reſonare ſeptem callida nervis.

6 *Qui jam olim perſonando citharam, &c.*] Si rectè hic Lucianus, erravit Torrentius, qui in Horat. Od. 21. lib. 1. ſic ait, Lyrâ ſibi conceſsâ Orpheum Apollo docuit; at poſteà inventâ à ſe citharâ, ei Lyram conceſſit. Aliquid autem intereſſe inter (quas multi temerè confundant) *Lyram* & *Citharam* ſatis hinc liquet, ſed quid id ſit, laborat quidem oſtendere Martinius in Lexico ad Vocem *Lyra*, at quam feliciter judicet alius, ego ab eo in hac re parum redii inſtructior.

4. Cæterùm ipſa Maia illud quoque dicebat, quòd neque in cœlo noctu maneret, ſed præ nimio agendi ſtudio ad inferos uſque deſcenderet, furaturus etiam ſcilicet inde aliquid. Alatus autem quoque eſt, ac virgam quandam apparavit, mirificam poteſtatem ac vim habentem, [7] qua animas evocat, & educit mortuos. *V.* [8] Ego illam dedi ipſi, ut eſſet quaſi ludicrum. *A.* Proinde & mercedem iſtam tibi retulit, forcipem videlicet. *V.* Rectè ſanè admonuiſti, quare ibo ut illum recipiam, ſicubi, ut ais, inter involucra in cunis inveniri poterit.

7 *Qua animas evocat, & educit mortuos.*] Κατάγει non negamus ſignificare *educit,* ſed mallem interpretari *deducit* vel deorſum agit, ad mentem ſcilicet, Virg. Æneid. 4. v. 242.

Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.

8 *Ego illam dedi ipſi.*] Vulgò traditur hanc virgam ab Apolline Mercurio fuiſſe traditam, acceptâ ab eo lyrâ. Vid. Servium in Virg. Æneid. 4. v. 242.

DIALOG. X.

VULCANI & JOVIS.

1. *Vul.* QUid me oportet facere, Jupiter? venio enim ita ut juſſiſti, ſecurim habens acutiſſimam, etiam ſi lapides opus ſit uno ictu diſſecare. *J.* Rectà ſanè Vulcane, ſed jam impactâ illâ divide mihi caput in duas partes. *V.* Tentas me num proh inſaniam! Impera igitur verè quod vis tibi fieri, *J.* [1] Dividi mihi calvariam volo; ſi verò non obe-

1 *Dividi mihi calvariam volo.*] Nonnulli dicunt Jovem Thetidem à ſe compreſſam, quia metuit ſibi ab eo, quod naſceretur, obſorbuiſſe; ſatque, ut neceſſe erat gravidam factam, ad amnem Tritonem pepeſiſſe, cui ſi fidem habemus, opus erat, ut venter potiùs quàm calvaria divideretur.

dieris

dieris mihi, [2] me experiêris non nunc primùm iraſcentem. Veruntamen ferire oportet audacter, & præſenti animo, neque cunctari. Pereo enim præ doloribus, qui mihi cerebrum invertant. *V.* Vide Jupiter ne quid mali faciamus, acuta enim ſecuris eſt, & non abſque ſanguine, neque etiam [3] ad Lucinæ morem tibi obſtetricabitur. *J.* Incute modò Vulcane, audacter. Ego enim novi quid ſit conducibile. *V.* Invitus quidem, ſed tamen feriam. Quid enim agat aliquis te jubente?

2. Sed quid hoc? puella armata hæc eſt. Magnum, ô Jupiter, malum habuiſti in capite. Merito igitur & iracundus fuiſti, tantum intra cerebri panniculam virginem vivam nutriens, idque [4] armatam, nimirùm caſtra, non caput [5] habuiſti non advertens: Hæc verò etiam ſaltat, & cùm armis tripudiat, clypeum concutit, ac haſtam vibrat, & quaſi quodam furore concitatur, quod maximum eſt, formoſa admodum ac maturis nubilis annis brevi adeò jam facta eſt, cœruleos quidem oculos habens. Sed tamen & huic gratiam addit galea. Quare, ô Jupiter, obſtetricandi præmium hoc mihi refer, deſponde mihi illam. *J.* Impoſſibilia petis, Vulcane, perpetuò enim virgo manere vult: ego certè, quantum in me eſt, nihil repugno. *V.* Hoc volebam, reli-

2 *Me experiêris non nunc primùm iraſcentem.*] Iratus erat prius Vulcano Jupiter cùm offenſus ejus deformitate, cœlo dejecit in Lemnum inſulam, de quo vide Homer. Iliad. lib. 1.

3 *Ad Lucinæ morem.*] Lucina Dea quæ præeſt partubus, nunc Juno nunc Diana dicta: rationem nominis ab Ovidio accipe, lib. 2. Faſt. v. 449.

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,
Aut quia principium Tu Dea lucis habes.

i. e. Lucina dicta eſt aut quia præeſt lucis ſive nemoribus, aut quia ejus ope infans primùm profertur in lucem.

4 *Armatam virginem.*] Intellige Palladem vel Minervam quam natam eſſe ferunt ex Jovis capite.

5 *Habuiſti non advertens.*] Græcè ἐλελήθεις ἔχων. vix meliùs Latinè reddi poteſt, ad verbum autem ſonat *latueras, Teipſum* vel *Tibiipſi habens.*

 quum

quum quod eſt, ipſe curabo, ac jam ſimul rapiam hinc ipſam. *J.* Si tibi facile adeò hoc, facias licet, veruntamen illud ſcio, quod amas ea quæ tibi contingere nequeunt.

DIALOG. XI.

MERCURII & APOLLINIS.

1. *Mer.* QUid verò triſtis es, Apollo? *A.* Quoniam, ô Mercuri, miſer atque infelix circa amores ſum. *M.* Dignum quidem mœrore hoc, ſed tu quo pacto miſer atque infelix es: An adhuc dolore afficit te id [1] quod cum Daphne accidit? *A.* Nequaquam, ſed amaſium doleo Laconem illum [2] Oebali filium. *M.* An mortuus eſt Hyacinthus? dic mihi. *A.* Atque admodum. *M.* Unde Apollo? aut quis ita ab omni amore alienus fuit, ut occideret formoſum illum puerum? *A.* Meum ipſius factum hoc eſt. *M.* Quid igitur? inſaniviſtin' Apollo? *A.* Non, ſed infortunium quoddam invito mihi accidit. *M.* Quomodo? cupio enim audire rationem hanc.

2. [3] Diſco ludere diſcebat, atque ego unà cum illo ludebam. Cæterùm ventorum omnium peſſimè [4] perditus Zephyrus amabat quidem longo jam tem-

1 *Quod cum Daphne accidit.*] Daphne fugiens Apollinis amplexus verſa eſt in laurum; de quâ vide Ovid. Metam. *v.* 470, &c. lib. 1.

2 *Oebali filium.*] Hinc vocatur *Oebalides* ab Ovidio, lib. 10. *v.* 196.

Laberis Oebalide *prima fraudate juventa.*

3 *Diſco ludere diſcebat.*] Quinque apud Græcos veteres erant certamina 1. *jactus diſci.* 2. *ſaltus.* 3. *jaculatio.* 4. *curſus.* 5. *lucta.* Diſcus autem erat, ut gloſſographus Græcus loquitur *βαρὺς λίθος*, i. e. *gravis lapis*, & formæ etiam rotundæ, quod ex Ovidio patet Metam. lib. 10. *v.* 183.

Tollere Tænarides orbem *properabat, &c.*

4 *Perditus Zephyrus.*] Iratus hoc

pore

pore etiam ipſe illum ; verùm neglecto eo, & contemptum iſtum non ferente, ego quidem, quemadmodum conſueveramus, diſcum in altum ſurſum verſus jaculabar, ille autem deorſum [5] à Taygeto ſpirans, ablatum hunc in caput puero inflixit, ita ut ex ea plaga [6] cruor manaret affatim, & ipſe puer ſtatim moreretur. Verùm ego è veſtigio Zephyrum ulciſcebar, tortis in eum ſagittis, fugientémque ad montem uſque perſequendo. Puero autem & tumulum extruxi [7] in Amyclis, quo loco diſcus eum proſtravit, & florem ex cruore illius terram inducere feci, ſuaviſſimum illum quidem, Mercuri, atque omnium fragrantiſſimum, præthereà [8] & literas quaſdam habentem, quæ mortuum ipſum quaſi deplorant : Num tibi igitur præter rationem mœſtus fuiſſe videor ? *M.* Sanè verò Apollo. Nôras enim mortalem te comparâſſe amaſium tibi, quare dolere non debes mortuo jam illo.

dixit Apollo, nam aliàs apud Apollineos viros nullus ventorum blandior audit quam Zephyrus, adeò floribus favens, ut *maritus veris* à nonnullo vocetur, & ferunt eum accepiſſe nomen ἀπὸ τοῦ ζωὴν φέρειν, quod mortuo anno vitam fert.

5 *A Taygeto ſpirans.*] *Taygetus* mons Laconiæ urbi Amyclis imminens.

6 *Cruor manaret.*] In florem abiit hic cruor, quem ex pueri nomine vocant *hyacinthum*, pulchrè eum deſcribit Ovidius, Metam. lib. 10. *v.* 210. Similis quædam mutatio olim facta eſt ex Adonidis cruore, & Veneris lachrymis, de quibus Bion in Epitaph. Adon.

Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα
τὰν ἀνεμώναν.

7 *In Amyclis.*] Amyclæ urbs Peloponneſi Apollini ſacra, ut & cætera Laconia.

8 *Et Literas quaſdam.*] & *ai* ai Flos habet inſcriptum, &c. Ovid. Metam. lib. 10. *v.* 211, quæ particulæ ſunt lamentantium, ut liquet ex Tragœdiis.

DIALOG. XII.

Cupidinis & Jovis.

1. *Cup.* AT ſi quid etiam peccavi, Jupiter, ignoſce mihi, puer enim admodum ſum, & adhuc imprudens. *J.* Tu puer autem, Cupido, qui [1] antiquior multo Japeto es? an quia neque barbam habes, neque canos produxiſti, propterea etiam infans putari cupis, ſenex & verſutus adeò cùm ſis? *C.* Quâ verò injuriâ ego ille ſenex affeci te, ut tu ais? cur me vincire quoque cogitas? *J.* Specta, ô Sceleſte, an parva, qui me ita ludibrio habes, itaque nihil eſt jam quod me non effeceris, [2] Satyrum, taurum, aurum, cygnum, aquilam, omnia hæc feciſti me. At quæ me viciſſim amaret, nullam planè unquam feciſti, neque intellexi me etiam uxori propter te gratiorem fuiſſe, ſed oportet me præſtigiis uti ad illas, & meipſum abſcondere; illæ autem aut cygnum exoſculantur, me vero ſi aſpiciant, moriuntur præ formidine. *C.* Meritò, neque enim ferunt, ô Jupiter, ut quæ mortales ſint, aſpectum tuum.

2. *J.* Quomodo igitur Apollinem [3] Branchus ille & Hyacinthus tantoperè amant? *C.* At [4] Daphne

1 *Antiquior multo Japeto.*] Japetus Cœli & Terræ filius, Pater Promethei, Atlantis, &c. ſenior eo *Cupido*, quia ortus eſt ex Chao cum ipſa Tellure matre Cœli, ut docet nos Heſiodus in Theog. v. 116. & ſequentibus.

2 *Satyrum, Taurum, &c.*] *Satyrus* factus erat Jupiter, ut comprimeret *Antiopam*; *Taurus*, ut raperet *Europam*; *Aurum*, quo facilius acciperetur in *Danaes* gremium; Cygnus, ut rem haberet cum *Leda*; *Aquila* bis, Primò, ut *Ganymedem* in Cœlos portaret; Secundò, ut *Aſterien* in coturnicem verſam ſecum abriperet. Vide Ovid. Metam. lib. 10. fab. 4. & lib. 6. fab. 2. Lucian. Dial. inter Jovem & Ganymedem.

3 *Branchus ille.*] Branchus Theſſalus erat, & habitus etiam filius Apollinis, quem dolens interfectum templo & divinitate donavit, Alex. ab Alex. cap. 2. lib. 6.

4 *At Daphne.*] de *Daphnes* fuga ab Apolline, vide Ovid. Metam. lib. 1. fab. 9. v. 452.

etiam fugiebat illum, quamvis comatum, & imberbem. Quod ſi autem voles amabilis eſſe, neque concutias ægidem, neque fulmen geras; ſed quam ſuaviſſimum teipſum perhibe, utrinque demiſſo capillo, eoque [5] mitrâ revincto, veſtem ſume purpuream, crepidas ſubliga auratas, ad tibiam, & ad tympana compoſito greſſu incede, & videbis quod plures te ſequentur, quam Bacchum [6] Mænades. *J.* Apage, nolim equidem amabilis eſſe in hoc pacto, ut talem me ipſum exhibeam. *C.* Proindè & amare nolis, nam hoc certè facile eſt. *J.* Quin amare quidem volo, minore autem negotio, illo potiri. Atque ob hæc nunc dimitto te.

5 *Mitrâ.*] Tegmen capitis, ut aiunt, parum virile habitum.

6 *Mænades.*] Mænades ſunt mulieres, quæ liberum patrem furentium more ſemper ſecutæ orgia Bacchi celebrabant, παρὰ τοῦ μαίνεσθαι, i. e. à *furendo* vel ab *inſaniendo* dictæ.

DIALOG. XIII.

Zephyri & Noti.

Mycillo Interprete.

1. *Zeph.* Nunquam equidem pompam magnificentiorem vidi in mari, ex quo ego ſum & ſpiro; tu verò an non vidiſti [1] Note? *N.* Quamnam hanc dicis [2] Zephyre pompam? aut quinam ſunt qui illam duxerunt? *Z.* Suaviſſimo ſpectaculo

1 *Note.*] *Notus* Ventus Meridionalis à Νότις, humor, quia plerumque ſecum fert pluvias.

2 *Zephyre.*] *Zephyrus* ventus Occidentalis ἀπὸ τοῦ ζωὴν φέρειν, ut volunt; flat enim plerumque Verno tempore, ubi reviviſcunt plantæ omnes, ideóque vocatur *verus maritus*.

caruiſti,

caruiſti, & quale non facilè aliud unquam videris. *N.* Juxta [3] rubrum mare occupatus fui, afflavi autem & partem [4] Indiæ nonnullam, quantum videlicet ejus terræ mari adjacet, proindè nihil eorum, quæ tu dicis, novi. *Z.* Quid, [5] Sidonium illum Agenorem vidiſti? *N.* Etiam Europæ patrem ſcilicet; quid tum? *Z.* De illa ipſa narrabo tibi. *N.* Num quòd [6] Jupiter jam olim amare cœpit puellam? Nam hoc etiam pridem ſcivi. *Z.* Igitur quod ad amorem attinet nôſti; quæ verò poſtea conſecuta ſunt, ea nunc audi.

2. Deſcenderat Europa ad littus ludendi gratiâ, aſſumptis ſecum æqualibus ſuis, Jupiter autem in formam tauri aſſimulatus ludebat unà cum ipſis, pulcherrimus tum apparens: nam & candidus erat, ut nihil ſuprà, & cornua habebat reflexa pulchrè, vultúmque præ ſe ferebat admodum manſuetum, & placidum. Saltabat igitur & ipſe in littore, & mugiebat ſuaviſſimè, ita ut Europa etiam conſcendere ipſum jam ſuſtineret; cæterùm ubi hoc factum eſt, citato curſu Jupiter quidem unà cùm illa in mare prorupit, atque ibi, uti inciderat, natabat. Illa verò admodum perculſa animo ex hâc re, ſiniſtra apprehendit, ac tenuit cornua, ut ne delaberetur, alterâ autem manu diffluentem vento veſtem continebat. *N.* Dulce hoc ſpectaculum, Zephyre, vidiſti, &

3 *Rubrum mare.*] Non vult fretum illud quod Africam ab Aſia ſeparat, ſed mare in quod ſinus ille Arabicus & Perſicus ſimul confluunt. Undè autem hoc nomen contraxit inter Autores non convenit. Videantur Commentar. Hilli in Dionyſii periegeſin.

4 *Partem Indiæ.*] *Indiam* prope eſſe *mare rubrum* oſtendit Dionyſius, v. 37, & 38, eam ſcilicet quæ eſt intra Gangen. *Indus* etiam fluvius, à quo *India,* decurrit in *mare rubrum.*

5 *Sidonium.*] Ab urbe *Sidone,* quæ in Phœnicia eſt ad oram orientalem *maris mediterranei* quod in eo loco vocatur *mare Syriacum.*

6 *Jupiter jam olim amare.*] *Jovis* amorem & *Europæ* raptum pulchrè deſcribit Ovid. m. 2. f. 13.

amatorium,

amatorium, natantem videlicet Jovem, & ferentem ſecum amores ſuos.

3. *Z*. At verò quæ conſecuta ſunt ſuaviora multò, Note. Nam & mare ſtatim compoſitis fluctibus quietum fuit, & tranquillitate ultrò attractâ, placidum ac planum ſeipſum præbuit. Nos autem omnes ſilentium agentes, nihil aliud quam ſpectatore tantùm eorum quæ fiebant, quaſi quidam comites ſequebamur. Cupidines verò juxta volitantes paulùm ſupra mare, ita ut interim ſummis pedibus contingerent aquam, accenſas ferentes faces [7] Hymenæum cantabant. [8] Nereides autem emerſæ undis, delphinum tergis inſidentes obequitabant applaudentes, ſeminudæ pleræque, prætereà & [9] Tritonum genus, & ſi quid aliud marinorum aſpectu metuendum non eſt, omnia illa circum puellam quaſi choream ducebant. Nam ipſe quidem [10] Neptunus conſcenſo curru, & quaſi pronubus incedens, unà cum [11] Amphitrite lætus præibat, veluti viam aperiens natanti fratri.

4. Suprà omnes autem Venerem duo Tritones ve-

7 *Hymenæum.*] i. e. Carmen nuptiale, in quo ſæpe dicitur, ut in illo Catulli, n. 62.

Io Hymen Hymenæe Io, Io Hymen Hymenæe.

8 *Nereides.*] *Nerei* filiæ, de quibus vide quæ dicta in Dial. *Galen.* & *Panop.* n. 1. quicquid autem de iis canunt Poëtæ, *Nereis* revera non aliud eſt; quam animal marinum, quod.

Deſinit in piſcem, mulier formoſa ſuperne.

qualia nonnunquam in littore viſa fuerant mortua, unum etiam & alterum inter fluctus natantia. Vid. Plin. lib. 9. c. 5. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 8. Verder, Imag. Deor. p. 164.

9 *Tritonum genus.*] *Tritonum* genus non multum abſimile erat *Nereidum* generi, eo excepto, quod ſexus fecit, cùm enim Nereides, ſub forma virili ſemper aparuerunt. Quales autem fuerunt capite, capillis, oculis, ore, naſo, necnon & cæteris corporis partibus oſtendit in Bœoticis Pauſanias, videantur etiam de iis ſuprà dicti Autores Plin. &c. è concha aliquando auditi fuerunt ſonum edere. Atque inde opinor eſt, quod dicti ſunt eſſe à buccinis Neptuno.

10 *Neptunus.*] *Neptunus* filius *Saturni*, frater *Jovis*, Deus qui mari præeſt.

11 *Amphitrite.*] Uxor *Neptuni.*

hebant in concha recubantem, ac flores omnis generis aſpergentem ſponſæ. Atque hæc à [12] Phœnicia uſque in [13] Cretam fiebant. Poſtquam autem in inſulam aſcendit, ipſe quidem taurus non ampliùs apparebat. Jupiter autem apprehenſam manu Europam in antrum [14] Dictæum abduxit, erubeſcentem, atque oculos demittentem, intelligebat enim jam ob quam rem ita duceretur. Nos autem incumbentes mari, alius aliam illius partem fluctibus agitabamus. *N.* O beatum Zephyre te, qui iſtæc videris, ego vero intereà [15] Gryphas, & elephantos & nigros homines aſpiciebam.

12 *Phœnicia.*] Regio Aſiæ, pars Syriæ, quæ ab occidente habet mare Mediterraneum.

13 *Cretam.*] *Creta* Inſula in mari Mediterraneo, nunc *Candia* vocata.

14 *Dictæum.*] A dicte Monte in Creta patria Jovis, inde enim, ut perhibent, dicta eſt *Creta,* quod Jupiter ibi *Cretus.*

15 *Gryphas, & Elephantos,* &c.] Inveniuntur non ſolùm *Elephanti* apud Indos, quod ſatis notum, ſed & *Gryphes.* Teſte Johnſtono, p. 151. apud quem etiam videas eorum imagines.

DIALOG. V.

ÆACI, PROTESILAI, MENELAI, & PARIDIS.

Micyllo Interprete.

1. *Æac.* QUamobrem [1] Proteſilae in [2] Helenam irruens ſtrangulas illam? *Pr.* Quia

1 *Proteſilae.*] Unus è Græcis ducibus *Proteſilaus,* qui in uxore recuperanda comitati ſunt Menelaum; primus autem omnium in terram Phrygiam è nave inſiliens primus interiit. Vid. Hom. Il. 2. *v.* 205, &c. Ovid. Metam. lib. 9. fab. 3. *v.* 67. & Epiſt. Laod. *v.* 93.

2 *In Helenam.*] *Helena* uxor Menelai à Paride rapta, unde origo belli Trojani.

huјus cauſsâ, [3] Æace, imperfectâ quidem domo relictâ, & vidua [4] uxore, quam nuper duxi, redditâ, mortuus ſum. *Æ.* Accuſa igitur [5] Menelaum, qui vos omnes pro tali conjuge recuperandâ contra [6] Trojam duxit. *Pr.* Benè dicis, mihi accuſandum eſt illum. *M.* Nequaquam me, ſed multò juſtius [7] Paridem, qui hoſpiti mihi uxorem contra omne jus eripuit. Hic enim non modò abs te, verùm ab omnibus tum Græcis, tum barbaris meritò ſtrangulari debebat, ut qui tam multis mortis cauſſa extiterit. *Pr.* Melius hoc.

2. Proinde malè nominate Pari, nunquam te dimittam à manibus. *P.* Injuriam adeonum facis, Proteſilae, idque eò magis, quòd eandem tecum artem exerceo; nam & amori etiam deditus ipſe ſum, & ab eodem Deo quaſi vinctus teneor. Nôſti autem, quòd quædam ſunt quæ invitis nobis geruntur, & neſcio quis Deus nos ducit quocunque ipſi placet, atque impoſſibile eſt illi repugnare.

Pr. Rectè dicis: Utinam igitur [8] Cupidinem ipſum hic comprehendere mihi liceat. *Æ.* At ego etiam pro Cupidine tibi reſpondebo quæ juſta videntur. Sic enim ille dicet, ſeſe quidem Paridi fuiſſe fortaſſis cauſſam amandi; ſed mortis cauſſam tibi fuiſſe neminem alium quam teipſum, Proteſilae,

3 *Æace.*] *Æacus* unus è tribus infernis judicibus, qui præerat umbris Europenſibus cæteri duo *Rhadamanthus* & *Minos*, de quorum prima *inſtitutione*, & ſingulorum *munere*, Vide Platon. Gorgiam, non procul à fine, de *inſignibus*, Hom. Ὀδύσσ. λ. necnon & Chartariam de Imaginibus Deorum.

4 *Uxore.*] *Laodamia*, ſcilicet quam vehementer amavit.

5 *Menelaum.*] *Menelaus* filius Atrei frater Agamemnonis, cui ſoli è multis Helenæ procis eam dare viſum eſt Tyndareo patri. Vid. Apollodor. lib. 3.

6 *Trojam.*] *Troja* urbs Phrygiæ nemini non nota.

7 *Paridem.*] *Paris* Priami ex Hecubâ filius; judex inter Deas de pomo aureo, cui inſcriptum, *pulchriori dabitur:* ei, quod ſibi favebat in ſententia ferenda, pollicita erat *Venus* Helenam mulierum formoſiſſimam, & in raptu etiam adjuvit. Vid. de ea re Hygin. fab. 92.

8 *Cupidinem.*] *Cupido* filius Veneris, conciliator amoris.

qui clam uxore nuper ductâ, poſtquam appropinquabatis Troadi, ita omni contempto periculo, & velut deſperatus [9] antè reliquos omnes in littus exiluiſti, gloriæ nimirùm cupidus, propter quam & primus in egreſſu Navium occiſus fuiſti. *Pr.* Proindè & ego pro meipſo tibi, Æace, reſpondebo multò juſtiora quam tu. Neque ego mihi horum cauſſa fui; ſed fatum, & quod jam indè ab initio ita prædeſtinatum fuerat. *Æ.* Probe: quid ergo iſtos accuſas?

9 *Antè reliquos omnes in littus exiluiſti.*] Captus ſcilicet fraude Ulyſſis; qui primus ut alliceret alios è nave proſiluit, at memor oraculi, quod mortem minatum eſt ei, quicunque è Græcis primus tetigerit Phrygium ſolum, ſolùm non tetigit, ſed projecto prius clypeo in eum ſtetit. Vid. Auſon. in Epitaph. Proteſilai. Euſtathius autem ait malle eum ſic perire, ἤπερ κατεπτηχότας βλέπειν τοὺς Ἀχαιούς, i. e. *quam videre Græcos attonitos.*

DIALOG. XV.

PLUTONIS & PROTESILAI.

Micyllo Interprete.

1. *Pro.* O Domine, ô rex, [1] noſter Jupiter, & tu [2] Cereris filia, ne deſpicite preces amatorias. *Pl.* Tu vero quid precaris à nobis, aut quis denique es? *Pr.* Equidem [3] Proteſilaus ſum,

1 *Noſter Jupiter.*] Intelligit Plutonem, quem, quia ſummus eſt apud inferos, ut *Jupiter* in cœlis, eodem nomine appellat. Virg. Æneid. 4. *v.* 638. Jupiter Stygius. Hom. Ζεὺς καταχθόνιος.

2 *Cereris filia.*] i. e. Proſerpina, Plutonis uxor; quam, ut ne marito ſit minor titulis, Claudianus vocat *profundam Junonem.* Sic enim habet liber meus, non *infernam,* ut alii tradunt.

3 *Proteſilaus filius Iphicli, &c.*] Sic perhibetur eſſe apud Homerum

filius [4] Iphicli, patriâ [5] Phylacenſis, qui cùm reliquis Græcis in expeditione ad Trojam profectus, ac primus omnium contra Ilium pugnando occiſus ſum. Precor autem ut dimiſſus hinc modicum temporis in vitam denuò redire permittar. *Pl.* Hunc amorem, Proteſilae, omnes mortui amant : ſed nullus tamen ipſorum potitur eo. *Pr.* At non vitam, ô Pluto, tantoperè amo, verùm equidem [6] uxorem, quam nuper ductam domi reliqui, atque in bellum navigando profectus ſum, deindè infelix in egreſſu Navium [7] ab Hectore occiſus ſum. Amor itaque iſte uxoris non mediocriter me, ô domine, enecat : voloque, ſi vel paululùm ab ipſa conſpectus fuero, rurſum huc deſcèndere. *Pl.* Non bibiſti, Proteſilae, [8] aquam Lethæam ? *Pr.* Bibi equidem, ſed hæc res prævaluit pondere. *Pl.* Exſpecta igitur : advenit enim &

Iliad. *β.* *v.* 205, & ſequ. ſed non ita convenit de matre ; Euſtathius ait eum fuiſſe ex Aſtyoche, Hyginus ex Diomedea, & primum vocatum fuiſſe Iolaum ; nomen autem Proteſilai poſteà ex eventu fuiſſe inditum, in hanc ſententiam forſan adductus, quod Proteſilao & Iolao erat Pater ejuſdem nominis ; viros autem fuiſſe diverſos ſatis ex hoc conſtat, quod Proteſilaus mortuus eſt juvenis ; Iolaus autem vixit ad decrepitam ſenectutem , & Herculis precibus juvenili ætati fuit reſtitutus. Vid. Euſtathium in Hom. loco ſupradicto, Hygin. fab. 103. Ovid. Metam. lib. 9. *v.* 398, & ſequ.

4 *Iphicli.*] *Iphiclus* rex erat Phylaces ejuſdem nominis ac frater Herculis, ſed non vir idem. Hic enim filius erat Amphitryonis, ille Phylaci, hic è Thebis, ille è Phylace.

5 *Phylacenſis.*] *A Phylace* (ut in ſuis in Pindarum Commentariis tradit Benedictus) Phthiotidis urbe, non procul à Thebis, patria Iphicli. Euſtathius in Homer. Iliad. *β.* *v.* 207. conditam eſſe ait à Phylaco hujus Iphicli proavo.

6 *Uxorem.*] Laodamiam intelligit, cujus Epiſtola ad Maritum Proteſilaum eſt apud Ovidium, 13.

7 *Ab Hectore occiſus.*] Homer. Iliad. 2. *v.* 208. tantum dicit,

—— *τὸν δ᾽ ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ.*

quod nonnulli volunt eſſe nomen proprium, quod ſæpe accidit eſſe idem ac gentile, ut multis exemplis docet Euſtathius. Alii aiunt *hunc Dardanum* virum fuiſſe Æneam ; alii Achaten Æneæ ſocium. Hectorem autem ſi voluit Homerus, dixiſſet potiùs.

—— *τὸν δ᾽ ἔκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ.*

aut *Δάρδανος Ἕκτωρ.* Cùm Luciano autem ſentit, Hyginus fab. 103. ſentit & Ovid. lib. 12. Metam. v. 67.

—— *Hectorea primus fataliter haſta*
Proſeſilae codis ——

8 *Aquam Lethæam.*] quâ potâ ſolet oblivio ſequi eorùm omnium, quæ in vitâ accidebant. Vid. Virg. Æneid. l. 6. *v.* 705, & ſequ.

illa

illa, quandoque, neque nunc opus quicquam erit iterum aſcendere te. *Pr.* Sed moram hanc, ô Plute, ferre nequeo, [9] Amâſti autem tu quoque aliquando, ac nôſti qualis res ſit amor.

2. *Pl.* Et quid adeò juvabit te unum diem reviviſcere, deinde autem paulò pòſt eadem hæc lugere? *Pr.* Spero me etiam illam adducturum eſſe, ut huc ad vos ſequatur me: quare pro uno mortuo paulò poſt duos recipies. *Pl.* Haud fas eſt iſta fieri, neque etiam ſimile unquam factum eſt. *Pr.* At ego in memoriam tibi revocabo, Pluto, nam [10] Orpheo ob ipſam hanc cauſſam Eurydicen uxorem reddidiſtis, & [11] cognatam meam Alceſtin emiſiſtis, [12] Herculi gratificantes. *Pl.* Optâris autem cùm iſta nuda atque deformi calvariâ, formoſæ illi ſponſæ tuæ in conſpectum venire? quo pacto autem illa etiam aſpiciat te, quæ ne dignoſcere quidem ampliùs te poterit? terrebitur enim ſat ſcio atque aufugiet, tuque fruſtrà tantum iter exantlaveris. *Proſerpina.* Proinde mi vir, tu iſti quoque rei medicinam aliquam adhibe, ac Mercurium jube, ut poſtquam ad lucem pervenerit Proteſilaus, contactum

9 *Amâſti autem tu quoque.*] Proſerpinam ſcilicet, quam flore legentem in monte Ætnâ, cùm ſibi à matre dari ſperare non potuit, rapuit. Hiſtoriam habes apud Hyginum, fab. 146. Apollod. lib. 1. c. 5. quam etiam tangit, Ovid. Metam. lib. 5. fab. 8. *v.* 470, & ſequ.

10 *Orpheo.*] *Euridice* nuper nupta Orpheo, ut Ovidius habet, dum vagatur cùm Nymphis; ut Hyginus & Virgilius, dum Ariſtæum adulterum paſtorem fugit, morſa, à ſerpente interiit: cujus abſentiam cùm ferre non potuit ſuperſtes maritus, deſcendit ad inferos, ut repeteret, & recepit ea conditione, ut antequam domum ſuam perduxerat, eam ne reſpiceret. Vid. Apollodor. lib. 1. c. 3. Hygin. fab. 164. Ovid. Metam. lib. 10. fab. 1. Virgil. Georg. lib. 4. *v.* 457.

11 *Cognatam meam Alceſtin.*] Alceſtis uxor erat Admeti cujus cùm in fatis erat, ut aut ipſe moreretur, aut vice ſui è ſuis aliquis; patre & matre nolente, Alceſtis uxor ſponte ſe morti obtulit, & poſteà ab inferis Herculis beneficio revocata fuit. Vid. Apollod. lib. 1. c. 9. Sect. 15. Hygin. fab. 51.

12 *Gratificantes Herculi.*] Apollodorus loco ſupra notato eſſe dicit, qui Herculem priùs cùm Plutone pugnâſſe aiunt, gratificatus eſt igitur Herculi ingratus.

virgâ,

virgâ, mox in adoleſcentem formoſum convertat illum, qualis videlicet anteà fuit cùm ex ſponſæ thalamo prodiret. *Plu.* Quoniam [13] Proſerpina, & tibi hoc videtur, age perductum hunc iterùm ad ſuperos, Mercuri, ſponſum facito. Tu verò memineris [14] non ampliùs quàm unum diem tibi permiſſum eſſe.

13 *Quoniam Proſerpina, &c.*] illa etiam autor fuit Alceſtis reditûs, ut tradit Apollodorus ἡ Κόρη ἀνέπεμψε i. e. *Proſerpina remiſit.*

14 *Non amplius quam unum diem.*] ſatis erat, nam uxor viſo marito ſtatim præ gaudio in amplexibus ejus moriebatur; ut Servius habet in Virg. Æneid. lib. 6. *v.* 447. Hyginus aliter narrat hiſtoriam, fab. 103, & 104.

DIALOG. XVI.

DIOGENIS & HERCULIS.

P. Virunio Interprete.

1. *Diog.* NUnquid Hercules hic eſt? haud quiſquam mehercule alius; [1] arcus, clava, pellis leonina, magnitudo ipſa, totus denique Hercules eſt. E vita igitur deceſſit, [2] qui Jovis erat filius? dic quæſo, ô victorioſe, mortuúſne es? ego enim cum terræ ſupereſſem, tibi haud ſecus quam Deo ſacrificavi. *H.* Rectè quippe ſacrificâſti. [3] Her-

1 *Arcus, clava, leonina pellis.*] Inſignia Herculis, habuit & alia, *enſem aureum thoracem* & *peplum, enſem* ei dedit Mercurius, *arcum* & *ſagittas* Apollo, *aureum thoracem* Vulcanus, & Minerva *peplum, clavam* in Nemeæa ſylva cæſum ſibi comparavit, & occiſo leone pelle ſe induit. Vid. Appollodor. l. 2. c. 2. ſ. 11.

2 *Qui Jovis erat filius.*] Herculem fuiſſe Jovis filium ex Alcmena Amphitryonis uxore docet Apollodor. lib. 2. c. 4. ſect. 8.

3 *Hercules una cum Diis.*] De Herculis Apotheoſi, ſive migratione ad Deos, vide Ovid. Metam. lib. 9. fab. 4.

cules

cules enim ipſe in cœlo unà cùm diis immortalibus conſiſtit, [4] Heben apud ſe habens cruribus formoſiſſimam. Ego verò qui te alloquor, illius ſum umbra. *D*. Quidnam dicis amabo? umbra ipſius Dei? fieri enim poteſt, alterâ eundem ex parte Deum eſſe? alterâ vita deceſſiſſe? *H.* Utique, ille enim nequaquam mortuus eſt, ſed ego duntaxat, qui imago ipſius ſum. *D*. Intelligo rem; te virum pro viro [5] Plutoni pro ſe dedit, & tu nunc pro illo mortuus es. *H.* Sic res ſe habet. *D*. Quo pacto igitur, callidiſſimus cùm ſit [6] Æacus, te nequaquam illum eſſe non novit, ſed admiſit tanquam ſuppoſitium Herculem? *H.* Quoniam ille ipſe eſſe videor. *D.* Vera autumas: nam ita perſimilis, ut ſi ille ipſe ſis. Caveas igitur ne contra ſit: ut tu quidem Hercules exiſtas, imago vero apud Deos immortales Heben in uxorem duxerit.

H. Audax nimium es atque loquax: & niſi à ſcommatibus, quæ in me jacis, abſtinueris, ſenties quamprimùm qualis Dei imago ſim; arcus enim nudus atque paratus. *D*. Cur autem de cætero te timeam, quum ſemel mortuus ſis? Sed per tuum Herculem dic quæſo, dum ille vivebat, eraſne una cum ipſo, & tunc imago exiſtens? aut unus quidem eratis in vita? Poſteaquam autem è vita deceſſiſtis, ſe-

4 *Heben.*] *Hebe* filia Jovis & Junonis, *Homer.* Ὀδύσσ. lib. 11. *Apollodor.* lib. 1. c. 3. ſ. 1. Latinis vocata *Juventus, Hygin.* fab. 1. miniſtrabat Diis potantibus pocula, *Homer.* Iliad. 4. *v.* 2. à Romanis pingebatur quaſi eſſet pulcherrima adoleſcentula, veſtibus variis coloribus ornata, floreis ſertis redimita, & manu altera poculum tenens. *Chartar. de imaginibus Deorum.*

5 *Plutoni.*] *Pluto* Saturni filius dictus ab antiquis Deus eſſe inferorum, imago ejus homo terribilis in ſolio ſulphureo ſedens, ſceptrum regni in manu tenens dextra, ſiniſtra animam conſtringens cui tricipitem Cerberum ſub pedibus collocabant. Plura videas apud Albricum *de imaginibus Deorum.*

6 *Æacus.*] *Æacus* unus erat è tribus infernis judicibus qui umbris præerat, quæ ex Europâ venerunt ad *Veritatis agrum*, ita enim forum judiciale apud inferos vocabatur. Vid. *Chartar. de Imagin. Deorum.*

parati;

parati; ille quidem ad Deos immortales avolavit, tu verò umbra, ut dignum videtur, ad inferos adveniſti? *H.* Et ſi fas equidem foret nequaquam reſpondere viro ſophiſticè percunctanti; attamen aures ad hoc quoque porrigas. Quicquid enim [7] Amphitryonis in Hercule erat, idipſum morte affectum eſt, quod nempe ego ſum (ut dixi) totum; quod autem ex Jove erat, cùm diis immortalibus converſatur. *D.* Perſpicuè nunc intelligo; autumas in eâdem vice [8] Alcmenam duos peperiſſe Hercules: unum quidem ex Amphitryone, alterum verò ex ſummo Jove: ex quo factum eſt, ut gemini unius matris utero lateretis.

3. *H.* Nequaquam, ô inſane: idem profectò ipſi eramus ambo. *D.* Neque adhuc ad intelligendum id facile eſt, duos Hercules in unum eſſe compoſitos, niſi quis diceret vos, tanquam [9] Hippocentaurum, in unum fuiſſe copulatos: hominem videlicet & Deum. *H.* Annon & homines eodem pacto ex duobus componi tibi videntur, animo videlicet & corpore? Undè quid prohibet animum quidem ipſum ex ſummo Jove natum adeſſe cœlo, me verò mortalem ad inferos veniſſe? *D.* Utique eleganter hæc diſſeruiſſes, ô optime Amphitryoniade, ſi corpus hac tempeſtate eſſes: ſed incorporea es imago: itaque periculum eſt, triplicem te jam feciſſe Herculem. *H.* Quonam modo triplicem? *D.* Hoc quidem modo: nam ſi unus in cœlo exiſtit, tu verò apud nos imago; corpus autem in [10] Oeta jam in pulverem

V verſum,

7 *Amphitryonis.*] *Amphitryo* erat princeps Thebanus, Alcmenæ maritus.

8 *Alcmenam.*] *Alcmena* filia fuit Electryonis, nupta Amphitryoni, ſed quæ aliquando pro Amphitryone ſub ipſius forma admiſit Jovem, ex cujus ſemine peperit Herculem.

9 *Hippocentaurum.*] *Hippocentaurus* monſtrum eſt biforme, cujus pars ſuperior refert hominem, inferior equum.

10 *In Oeta.*] *Oeta* Mons eſt Theſſaliæ, inclytus ob mortem Herculis; ibi

verſum, hæc tria jam ſunt. Animadvertas igitur velim, quem tertium corpori eſſe intelligas patrem. *H.* Audax es, atque ſophiſta: ſed quod nomen tibi eſt? *D.* Diogenis [11] Sinopei imago: ipſe autem, per Jovem, minimè cùm diis immortalibus; ſed cùm mortuorum optimis converſor, [12] Homerum atque hujuſcemodi fabulas deridens.

ibi enim impatiens flammæ, quam carni & oſſibus intulit venenatum Neſſi ſanguine induſium, conſcenſo rogo mitiore igne extinxit. Vide Ovid. Metam. lib. 9. fab. 2.

11 *Sinopei.*] Dictus erat Diogenes *Sinopeus* ſive *Sinopenſis*, à *Sinope* urbe Ponti, undè ortus erat.

12 *Homerum.*] Quæ hic Homeri deridet Diogenes, invenias, *Odyſſ.* lib. 11. ubi deſcribit Ulyſſis deſcenſum ad inferos.

DIALOG. XVII.

GALENE & PANOPE.

1. *Pan.* VIdiſtine, [1] Galene, heri quid fecerit Eris ad cœnam in [2] Theſſalia, quod non ipſa ad convivium invitata fuerit? *G.* Non convivata ſum ego vobiſcum, nam me Neptunus juſſerat tranquillum interea, Panope, ſervare pelagus. Sed quid fecit Eris, cum præſens non eſſet? *P.* Thetis ac Peleus conceſſerant intrò in thalamum ab [3] Amphitrite ac Neptuno deducti. Intereà autem Eris clàm omnibus (id quod facile illi tum fuit, cùm alii biberent, nonnulli applauderent, vel Apollini cithа-

1 *Galene & Panope.*] Nymphæ erant marinæ, *Nereides* dictæ, à patre *Nereo.* Multa earum nomina habes, apud Homer. Iliad. α. v. 4-, &c. plura apud Heſiod. Theogon. v. 22, &c.

2 *In Theſſalia.*] *Theſſalia* Græciæ regio maritima, ideoq; aptior nuptiis Thetidos & Pelei, Deæ Marinæ, & Theſſali Principis.

3 *Amphitrite.*] Una Nereidum, ſed & uxor Neptuni.

ram perſonanti, vel muſis ore modulantibus animum adhibendo) projecit in convivium pomum quoddam perpulchrum, totum aureum, Galene, cui erat inſcriptum *Formoſa accipiat.* Dum autem hoc, tanquam ex compoſito volvitur, pervenit eò loci, ubi Juno, & Venus, & Minerva accumbebant. Et poſtquam Mercurius, eo ſublato, inſcripta legit; nos quidem Nereides conticuimus, quid enim agendum erat illis præſentibus? illæ verò inter ſe contendebant, ac quælibet ſuum illud eſſe volebat, ac niſi Jupiter ipſas diremiſſet, ad manus uſque res profeciſſet.

2. Verùm ille, ipſe quidem judicium hac de re non feram, inquit, tametſi illæ ipſum judicare vellent; ſed in [4] Idam ad [5] Priami filium abite, qui & diſcernere novit, quænam formoſior ſit, utpote elegantiæ ſtudioſus & ipſe, & qui non malè judicaverit. *G.* Quid igitur ad hæc Deæ illæ, Panope? *P.* Hodiè arbitror in Idam abeunt. *G.* Quis veniet paulò pòſt, qui, quæ vicerit, nobis renunciet? *P.* At jam nunc affirmo fore, ut nulla alia vincat, veniente in certamen Venere, niſi arbiter ipſe omninò hallucinetur.

4 *In Idam.*] *Ida* mons eſt Phrygiæ minoris, ſive Troadis, ubi Paris Priami filius, at tunc temporis ignotus, paſcebat patris pecora. Ibi habitum fuiſſe de Deabus judicium affirmat etiam Ovidius, in *Parid.* Epiſtola ad *Helenam.*

5 *Priami filium.*] i. e. Paridem non eo tempore à Rege agnitum, ſed inter Paſtores agentem. Nam cum mater prægnans ſomniâſſet ſe ardentem peperiſſe facem, Augures affirmabant fore, ut filius, quem utero geſtabat, cauſſa futurus eſſet Trojæ incendii, quod cùm cognoviſſet Priamus, eum quamprimum erat natus, Archelao ſervo exponendum tradidit. Sed Hecuba, ut fere mos eſt uxoribus, Mariti averſa conſiliis, curabat, ut furtim aleretur à Paſtoribus.

DIALOG. XVIII.

DEARUM JUDICIUM.

1. *Jup.* [1] MErcuri, [2] accepto hoc pomo, abi in [3] Phrygiam ad [4] Priami filium, paſtorem armenti, paſcit autem in Idâ monte (qua parte Gargarum vocant) ac dic illi : *Jupiter*, inquiens, *ô Pari, jubet te, poſteaquam & ipſe formoſus es, & rerum amatoriarum doctus, ſententiam ferre inter* [5] *Deas, quænam illarum omnium formoſiſſima ſit. Certaminis autem præmium, ea quæ vicerit pomum accipiat.* Porrò tempus jam eſt, ut & ipſæ vos abeatis ad judicem. Ego verò ablego à me arbitrium, ut qui ex æquo omnes vos amem, ac, ſi modo poſſibile foret, libenter omnes vos victrices videre vellem, præſertim quando neceſſe eſt, qui uni pulchritudinis ſummam adjudicabit eum omninò in odium cæterarum plurium incurrere. Quare equidem ipſe vobis idoneus judex non ſum : adoleſcens autem ille Phrygius, ad quem hinc abitis, regio quidem genere prognatus eſt, & [6] Ganymedis hujus [7] cognatus : cæterùm ſimplex, & montanus, neque quiſquam illum cognitione

1 *Mercuri.*] Alloquitur Jupiter *Mercurium*, quem ſibi & Diis infernis conſtituit nuncium, Apollod. l. 3. c. 10. ſ. 2.

2 *Accepto hoc pomo.*] Eo ſcilicet, quod in nuptiis clam in medium projecit *Diſcordia*. Vide Dial. *Galen.* & *Panop.* & Hygin. fab. 92.

3 *Phrygiam.*] *Phrygia* regio Aſiæ minoris Helleſponto finitima.

4 *Priami filium, paſtorem.*] Nempe Paridem tunc temporis, inſcio patre, in monte Ida greges ſervantem. Vide quæ annotata ſunt Dialog. *Galen.* & *Panop.* n. 5.

5 *Inter Deas.*] Scilicet, *Junonem*, *Palladem*, & *Venerem*.

6 *Ganymedis hujus.*] Qui aſtitit ſcilicet, pocula miniſtrans, olim à Jove ſub formâ aquilæ ex monte Ida in cœlum abreptus. Vide Apollodor. lib. 3. c. 11. ſ. 2.

7 *Cognatus.*] Tros pater Ganymedi erat, abavus Priamo, Paridi autem atavus. Vide Apollod. lib. 3. c. 11. ſ. 2, & 3, & Homer. Iliad. *υ.* 20. *v.* 232, 233, & 236, 237.

tione hac indignum merito putaverit. *V.* Ego verò, Jupiter, etiamſi [8] Momum ipſum præſtituas nobis Judicem, præſenti animo itura ſum ad documentum mei præbendum. Quid enim adeo reprehenderet ille in me? ſed oportet etiam hiſce placere hominem. *J.* Neque nos, Venus, timemus quicquam, etiamſi Mars [9] iſte tuus electus ſit arbiter: ſed recipimus & hunc Parin, quiſquis etiam fuerit. *J.* Num igitur & tibi eadem hæc, filia, placent? quid reſpondes? avertis te, & erubeſcis? Eſt quidem hoc peculiare virginibus vobis, verecundia affici erga talia: ſed tamen annuis. Abite igitur: ac videte ne infenſiores fiatis Judici, quæcunque victæ fueritis, neve malum aliquod inferatis ipſi adoleſcentulo. Neque enim fieri poteſt, ut æqualiter omnes formoſæ ſitis.

2. *M.* Procedamus igitur rectà verſus Phrygiam. Ac ego quidem præibo, vos autem non lentè, & ſequimini me, & bono animo eſte. Novi ego Paridem hunc, adoleſcens eſt formoſus, & quod ad cætera attinet, amori deditus, & ad talia diſceptanda maxime idoneus: neque ille facile judicaverit male. *V.* Hoc quidem totum bene, [10] adeóque pro me nar-

8 *Momum ipſum.*] Eraſmus & cùm eo non pauci, Natalis Comes, Robertus, & Carolus Stephanus, Calepinus, Chartarius, uno ore aiunt. *Heſiodum in Theogon.* docere *Momum* nocte matre eſſe progenitum, & ſomno patre: quis non crederet tot & tantis teſtibus in re tantilla? & támen qui credit, ſi quid ego video, hallucinatur. Nam de *ſomne* patre Momi, in *Heſiod. Theog.* adeo non liquet ut *Nox* & *Momum*, & cæteros filios peperiſſe dicatur οὔ τινι κοιμηθεῖσα, i. e. *non ulli condormiens.* *Momus* igitur filius erat *Noctis* abſque ope patris ullius, ut aiunt nonnulli Vulcanum fuiſſe Junonis, Deus difficilis & moroſus ſemper ſibi ferians; & aliorum opera magna libertate reprehendens; ei non placuit, ut taurus in fronte, non armis, gereret cornua; ut homo clauſum, non feneſtratum, haberet pectus; ut Veneris ſandalium tantum crepitaret. Vide *Eraſm. Adag.* Momo ſatisfacere, & *Natal. Com. de* Momo, c. 20.

9 *Mars iſte tuus.*] Invidioſe id loquitur, nam cùm Marte aliquando dormivit Venus, clam Vulcano marito. Vide *Ovid. Metamorph.* lib. 4. fab. 5. *Lucian. Gallum.*

10 *Adeóque pro me, &c.*] Non opus eſt *adeò*, expone, *& pro me hoc dicis.*

ras,

ras, juſtum videlicet eſſe nobis judicem. Utrum autem & uxore adhuc caret ille, an & mulier quæpiam ipſi cohabitat? *Mer.* Non omninò abſque uxore eſt, Venus. *V.* Quomodo hoc dicis? *Mer.* Videtur quædam cum eo habitare mulier Idæa, [11] ſic ſatis formoſa, cæterum ruſtica, [12] atque inter montes malè conſueta: ſed non admodum adhibere animum ipſi videtur. Cujus igitur gratia hæc interrogas? *V.* Nullius ſane rei, ſed ita temere in mentem venit. *Min.* Malè legationem obis, heus tu qui privatim cùm hac conſilia confers. *Mer.* Nihil mali, Minerva, hoc: neque etiam contra vos; ſed interrogabat me, an uxore adhuc careret Paris. *Min.* Quamobrem igitur hoc ſuperſtitiosè adeò illa curat? *Mer.* Neſcio. Aiebat igitur quod temerè ita in mentem veniſſet hoc, neque ex compoſito interrogâſſet me. *Min.* Quid ergo, carente uxore adhuc? *Mer.* Non videtur. *Min.* Quid autem? bellicæne rei ſtudio aliquo tenetur, atque amans gloriæ eſt, an nihil aliud quam bubulcus eſt? *Mer.* Verum quidem non poſſum dicere: conjecturam autem facere licet, juvenis cùm ſit, etiam has res conſequi illum cupere, ac velle præcipuum in præliis eſſe ſe. *Ven.* Vides? nihil ego nunc conqueror, neque crimini verto tibi, quod cùm hac ſeorſim nunc loqueris. Querulorum enim hoc, non Veneris. *Mer.* Etiam hæc ferme eadem interrogavit me, quamobrem graviter ne feras, neque putes eò minus conſecuturam eſſe te, quod huic quoque ſimpliciter & abſque dolo reſpondi.

3. Verùm intereà dum ſermones edimus, jam multum progreſſi, relinquimus poſt nos ſtellas; &

11 *Sic ſatis formoſa.*] Dele *ſic*, quid enim opus?

12 *Atque inter montes malè conſueta.*] Melius *Benedict.* & *vehementer montana*, intelligit *Oenonen*, cujus extat ad Parida Epiſtola. Ovid. Epiſt. 5.

prope-

propemodum Phrygiam contigimus. Ego verò etiam Idam video, [13] adeóque totum Gargarum exactè: & ſi non fallor, ipſum quoque Judicem veſtrum Paridem. *Juno.* Ubi autem is eſt, neque enim ipſa etiam video illum. *Mer.* Hac verſum, Juno, ad ſiniſtram reſpice, non ad ſummum montem, ſed ſecundum latus, ubi antrum illud & armentum vides. *Ju.* At non video armentum. *Mer.* Quid ais? an non vides buculas ſecundum meum hunc digitum ex mediis rupibus progredientes, & quendam à ſcopulo deorſum currentem, pedum manu tenentem, & prohibentem ne longius diſpergatur armentum? *J.* Video nunc tandem, ſi modò ille eſt. *Mer.* Ille verò ſed quia prope jam ſumus, in terram ſi videtur demiſſi, pedibus faciamus iter, ne conturbemus illum ſuperne ex improviſo devolando. *Jun.* Rectè dicis, atque ita faciamus. Cæterùm poſteaquam deſcendimus, tuum jam eſt Venus, ut præeas, ac viam nobis ducendo commonſtres. Tu enim, ut conſentaneum eſt, locorum perita es: quippe quæ ſæpius, ut fertur fama, [14] huc ad Anchiſen deſcenderis. *V.* Non admodum, Juno, me tua iſta movet dicacitas.

Mer. At igitur ego vos ducam, nam & ipſe frequenter in Ida verſatus ſum, quando Jupiter amabat [15] adoleſcentulum iſtum Phrygium: ac ſæpiùs huc veni ab illo miſſus, ut, quid ageret puer, obſervarem: & cum jam [16] in Aquilam converſus eſſet, unà

13 *Adeóque totum Gargarum.*] Amat πλεονάζειν interpres, nam *adeò* iterùm ſupervacaneum.

14 *Huc ad Anchiſen deſcenderis.*] De quo ſic Ovidius Epiſt. 15.

> *Phryx etiam Anchiſes, volucrum cui Mater Amorum.*
> *Gaudet in* Idæis *concubuiſſe jugis.*

Vide etiam Homer. Iliad. 2. *v.* 327, 328, & Hymn. in Venerem. Virg. Æneid. 1. *v.* 621, 622, Heſiod. Theogon. verſ. 1008, 1009.

15 *Adoleſcentulum iſtum Phrygium.*] Ganymedem intelligit, cujus hiſtoriam, ut tædium itineris fallat, jam incipit.

16 *In aquilam converſus.*] Cui convenit id quod eâ de re dixit, Ovid. Metam. lib. 10. fab. 4. *v.* 157, 158.

> —— *Nulla tamen alite verti*
> *Dignatur; niſi quæ portet ſua fulmina terræ.*

quoque

quoque cùm ipſo aderam, & unà formoſum illum ſublevabam. Et ſi modò ſatis memini, ab hâc ipſâ rupe illum in ſublime abripuit. Nam hic quidem fortè tum fiſtula canebat ab ovile, Jupiter autem à tergo illi devolans, leviter admodum unguibus circumjectis, & ore in tiaram quam ſuper caput habebat impreſſo, in altum ſuſtulit puerum, perturbatum, & cervice reflexa in ipſum intuentem. Tum igitur ego fiſtulam ſuſtuli, abjecerat enim illam præ timore. At enim arbiter hic prope eſt, quare compellemus ipſum.

5. Salve, Bubulce. *Paris.* Et tu certè, adoleſcens. Quis autem ipſe es, qui huc ad nos adveneris? aut quaſnam has adducis mulieres? non enim ejuſmodi apparent, quæ in montibus verſari commodè queant, formoſæ adeò cùm ſint. *Mer.* At non ſunt mulieres, Junonem verò, Pari, & Minervam & Venerem vides, & me, Mercurium videlicet, Jupiter ad te miſit. Sed quid tremis & expalleſcis? ne metue, nihil enim periculi hic. Jubet autem te judicem eſſe pulchritudinis ipſarum. *Quandoquidem enim*, inquit, *& formoſus ipſe es, doctus rerum amatoriarum, cognationem hanc tibi commendo:* certaminis autem præmium ſcies lecto hoc pomo. *Par.* Cedo, ut videam quid ſibi etiam velit: PULCHRA, inquit, CAPIAT. Quo pacto igitur, ô here Mercuri, potero ego, mortalis cùm ſim ipſe ac ruſticus, judex eſſe tam inopinati ſpectaculi, & majoris adeò, quam pro bubulci captu? nam hujuſmodi cauſſas diſceptare, delicatorum atque urbanorum magis eſt. Quod autem ad me attinet, utra capella formoſior altera ſit, & juvenca num alia aliam ſuperet, fortaſſis ex arte dijudicare poſſim. Hæ verò & formoſæ pariter omnes ſunt, & non video quo pacto aliquis ab una ad aliam tranſferendo aſpectum avellere queat. Non enim facilè

abſiſtere,

abſiſtere vult, ſed cuicunque ſe primò applicat, ei inhæret, & quod præſens eſt laudat. Inde ſi ad aliud tranſierit, etiam illud formoſum videt, & immoratur: & ſemper ab iis quæ propriora ſunt ceu per ſucceſſionem excipitur. Et in ſumma circumfuſa mihi eſt pulchritudo ipſarum, & totum me complexa tenet. Ac doleo quòd non & ipſe, quemadmodum [17] Argus ille, toto corpore videre poſſum.

6. Videor autem mihi bene tum judicâſſe, ſi omnibus pomum hoc reddidero. Nam & rurſum illud quoque accedit, quod hæc quidem Jovis ſoror & conjux eſt: [18] illæ verò filiæ. Quomodo igitur non periculoſum, etiam hoc pacto, Judicium hoc fuerit? *Mer*. Neſcio, niſi quòd non licet detrectare Jovis imperium. *Pa*. Unum igitur hoc, Mercuri, perſuade ipſis, ne ſuccenſeant mihi duæ illæ reliquæ quæcunque victæ fuerint: ſed quicquid peccatum videbitur, id ſolis oculis imputent. *Mer*. Ita facturas ſe aiunt. Tempus autem jam tibi eſt, ut peragas judicium. *Pa*. Faciemus periculum. Quid enim egat quiſpiam?

7. Cæterùm illud primum ſcire volo, utrùm ſatis erit ſpectare ipſas, ut nunc ſunt, veſtitas: an verò etiam exuere ſeſe neceſſe fuerit, ut diligentiùs inſpici, atque examinari eò poſſint. *Mer*. Hoc tuum erit officium videre, utpote judicis: ac imperes ipſis licet, quomodocunque etiam voles. *Pa*. Quo-

17. *Argus ille.*]
Centum luminibus cinctum caput Argus *habebat,*
Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera ſervabant atque in ſtatione manebant.
Sic Ovid. Metam. lib. 1. fab. 10. *v.* 62, &c.

18 *Illæ verò filiæ.*] Ita vulgò habentur *Minerva*, ſive *Pallas*, & *Venus*. Illa è cerebro Jovis nata, hæc è Dione Matre ſuſcepta. De alterâ vid. *Apollon. Argon.* lib. 4. *v.* 1309, &c. *Lucan.* l. 9. *v.* 350, & ſequ. *Heſiod. Theog. v.* 13. de alterâ, *Tullium de Natur. Deorum*: de utraque *Diodor. Sicul.* bibliothec. lib. 5.

modocunque etiam volo? Nudas igitur videre volo. *Mer.* Exuite heus vos: tu verò inſpice eas, ego interim avertam me. *Ven.* Rectè, ô Pari, atque prima certè exuam me, ut nôris quòd non ſolùm lacertos habeam candidos, neque etiam magnos & auguſtos oculos præ me ferendo ſuperbiam. Equaliter verò ſum tota & uniformiter pulchra. *Min.* Ne prius ipſam exueris, ô Paris, quam [20] ceſtum à ſe depoſuerit (incantatrix enim eſt) ne te præſtigiis circumveniat per illum. Et certè quidem oportebat, neque etiam ſtudiosè ita exornatam hic adeſſe, neque tot coloribus fucatam, perinde ac verè meretricem aliquam, ſed ipſam formam nudam exhibere ſpectandam. *Pa.* Rectè ſanè admonent illud de ceſto: atque etiam depone illum. *Ven.* Cur non igitur & tu, Minerva, [21] galeâ depoſitâ nudum caput ſpectandum exhibes, ſed concutis conum, & perterres judicem? An vereris, ne tibi objiciat, & reprehendat [22] cœruleum iſtud oculorum, ſi dempto terribili iſto aſpiciatur? *Min.* Ecce tibi galea hæc ablata. *Ven.* Ecce tibi & ceſtus hic.

8. *Jun.* Sed exuamur tandem. *Pa.* O Jupiter monſtrifice, quod ſpectaculum! quæ pulchritudo! quæ voluptas! qualis virgo hæc! ut verò regalis illa & venerabilis effulget, adeóque verè digna Jove! Tuetur autem ſuave quiddam & jucundum, ac blandum & illecebroſum etiam arriſit. Sed jam ſatis habeo ſecilitatis hujus. Si videtur autem, etiam ſeorſim

20 *Ceſtum.*] i. e. *Cingulum Veneris*; quo, qui induitur, omnes omnium ad ſe allicit amores; de eo plura diximus in *Gallum.* n. 47. Vide Homer. Iliad. ξ'. *v.* 254, & ſequ. & Eraſm. Adag. *ceſtum Veneris habet.*

21 *Galeâ depoſitâ.*] Gratiam addidit Palladi, Vulcano Judice. Vide Dialog. *Vulcani & Jovis*; ideóque vult Venus ut deponatur.

22 *Cœruleum iſtud oculorum.*] Laudatur paſſim apud Poëtas Pallas, ut oculos cœruleos habens, quod deridet hic Venus.

unam-

unamquamque inſpicere volo: quoniam nunc certe ambiguus ſum, neque ſatis ſcio ad quid etiam me referam, viſu in omnes partes diſtracto. *Ven.* Ita faciamus.

9. *Par.* Abſcedite igitur vos duæ, tu verò, Juno, hic mane. *Jun.* Maneo: Ac poſteaquam me diligenter inſpexeris, tempus tibi erit & cætera jam ſpectare, num pulchra victoriæ meæ dona propoſita tibi. Nam ſi me, Pari, formoſiorem eſſe judicaveris, univerſæ eris Aſiæ dominus. *Pa.* At non donis noſtra hæc geruntur: ſed tamen abi: mox enim agetur quicquid æquum viſum erit.

10. Tu verò accede, Minerva. *Min.* Adſum tibi. Quod ſi igitur me, ô Pari, formoſam eſſe judicio declaraveris, haud unquam ex pugna victus abibis. Bellatorem enim te; & victoriarum compotem efficiam. *Pa.* Nihil, Minerva, opus mihi eſt bello & pugnis. Pax enim ut vides in præſentia tenet [23] Phrygiam ac Lydiam, & ab hoſtibus quietum eſt patris imperium. Sed tamen confide: neque enim eò minùs feres: tametſi ob munera nequaquam judicium feramus. Sed indue te tandem, & impone galeam: ſatis enim te inſpexi: ac nunc Venerem adeſſe tempus eſt.

11. *Ven.* Eccam meipſam tibi. Ac contemplare ſingulatim unumquodque diligenter, nihil curſu prætervehendo, ſed immorando ſingulis etiam membris. Quod ſi verò placet, ô formoſe, etiam hæc mea dicta accipe. Ego enim jamdudum aſpiciens te juvenem adeò & formoſum, qualem neſcio an ullum alium nutriat Phrygia, beatum quidem te puto ob pulchritudinem: reprehendo autem, quod non relictis hiſce rupibus & ſaxis, in urbe alicubi vitam

23 *Phrygiam ac Lydiam.*] *Phrygia & Lydia invicem in propinquo ſunt regiones minoris Aſiæ, olim inter ſe, finitimæ ſolent, præliantes.*

degis, ſed corrumpi pulchritudinem iſtam ſinis in ſolitudine. Quid enim te montes iſti juvant? aut quid proficiunt pulchritudine iſta tua boves? Decebat autem te jam & uxorem duxiſſe, non tamen ruſticam aliquam & indigenam, quales per Idam paſſim mulieres ſunt, ſed ex Græciâ aliquam, vel [24] Argivam, vel [25] Corinthiam, vel [26] Lacænam, cujuſmodi Helena illa eſt, adoleſcentula, & formoſa, & nulla parte meipſa inferior, & quod maximum eſt, amori quoque dedita. Nam illa, ſi ſolum etiam aſpiciat te, ſatis ſcio, relictis omnibus, ſeque ipſa ceu in deditionem tradita, ſequetur & cohabitabit tecum. Prorſum autem, & tu audîſti jam aliquando de ipſa. *Pa.* [27] Nihil etiam, ô Venus. Nunc autem lubens audiero omne, quicquid eſt, de illa te narrantem.

12. *Ven.* Eſt hæc filia quidem [28] Ledæ formoſæ illius, ad quam Jupiter è cœlo devolavit [29] in Cygnum converſus. *Par.* Qualis autem aſpectu eſt? *Ven.* Candida quidem, qualem conſentaneum eſt eſſe è Cygno prognatam: tenera autem, ut quæ in [30] ovo enutrita fuerit: nuda plerunque exercens ſeſe, & palæſtricæ rei dedita. [31] Adeò igitur magnoperè ab omnibus paſſim expetitur, ut & bellum ipſius cauſſa ſuſceptum fuerit, cùm [32] Theſeus nondum nubilem illum

24 [*Argivam.*] Ex *Argo* urbe Argiæ.

25 *Corinthiam.*] E *Corintho* urbe Achaiæ.

26 *Lacæna.*] E *Laconia.*

27 *Nihil etiam.*] Dele *etiam.*

28 *Filia Ledæ.*] *Leda* uxor erat Tyndari, ſive Tyndarei Regis Oebaliæ. i. e. Laconiæ, ubi Sparta, ſive Lacedæmon urbs, in quâ nata erat Helena.

29 *In Cygnum converſus.*] Simulatâ ab Aquila fugâ, quo faciliùs à commiſerante fœmina reciperetur. Vide *Euripid. Helen.* pag. 1.

30 *In ovo enutrita.*] Sunt qui dicunt non *Ledam* peperiſſe hoc ovum, ſed *Nemeſin* ſub forma *Anſeris* à *Cygno* Jove compreſſam. *Ledam* autem tantum incubâſſe. Vide *Apollodor. Biblioth.* lib. 3. c. 10. ſ. 7. & *Farnab. in Senec. Troad.* act. 4. nec non & *Brodæum* in lib. 1. Epigram. Græc. κεφ. λα. *Auſon. de Caſtore, Polluce* & *Helena.* Epigram. 55. *Iſocrat. Helen. Encom.*

31 *Adeò igitur.*] *Adeò* iterùm ſupervacaneum eſt.

32 *Theſeus nondum nubilem.*] Nempe tunc temporis decem tantùm annos natam: bellum autem quod inde ſequebatur excitaverant Caſtor & Pollux,

illam rapuiſſet. Poſteà verò, cùm jam ad florem ætatis perveniſſet, [33] optimi quique Achivorum ad petendas illius nuptias ſeſe obtulerunt. Antepoſitus autem reliquis tum Menelaus fuit, [34] ex genere Pelopidarum natus. Quod ſi autem voles, ego tibi conficiam has nuptias. *Pa.* Quid narras? ejúſne quæ jam nupſit alteri? *Ven.* Juvenis adhuc es, & ruſticus. Ego verò novi quo pacto talia perficere conveniat. *Pa.* Quomodo? cupio enim & ipſe ſcire.

13. *Ven.* Tu quidem proficiſcêris ad perluſtrandam Græciam, atque ubi [35] Lacedæmona perveneris, videbit te Helena. Poſt illa verò meum jam opus erit efficere, quo illa amore tui capiatur, teque ſectetur. *Pa.* Hoc ipſum etiam incredibile mihi videtur, ut illa, relicto conjuge, cum homine barbaro, atque hoſpite è patria navigare in animum inducat. *Ven.* Bono animo eſto. Nam hujus certè rei gratia liberos duos habeo pulchros, *Amabilitatem* & *Cupidinem* videlicet, quos tibi tradam, qui tibi duces itineris futuri ſint. Ac Cupido quidem totus ſubingrediens illam, vi coget amare mulierem. Amabilitas autem tibi ipſi circumfuſa, id quod ipſa eſt, & expetibilem te reddet, & amabilem. Deinde autem & ego unà præſens rogabo [36] Gratias, quò &

& Pollux, dum Theſeus aberat cùm Pirithoo apud inferos, ut raperent ſcilicet à Plutone Proſerpinam, quam Pirithous deperibat. Urbem autem, ubi detenta fuit Helena, & quam fratres expugnabant, Apollodorus ait fuiſſe Athenas, at Diod. Siculus, Iſocrates, Aphidnam ſive Aphidnas. Vide *Apollod. Biblioth.* lib. 3. cap. 10. ſ. 7. *Diod. Sicul. Biblioth.* lib. 4. pag. 185. *Iſocr. Helen. encom.*

33 *Optimi quique Achivorum.*] Apollodorus 8. ſectione ſupradicti capitis nominat. 28. præter Menelaum qui aut Diis, aut Viris, præclariſſimis orti, petebant Helenam.

34 *Ex genere Pelopidarum.*] i. e. eorum qui *Pelope* erant orti. *Pelops* autem filius erat Tantali, & rex illius regionis; quæ ab ipſo ducto nomine vocatur *Peloponneſus.*

35 *Lacedæmona.*] *Lacedæmon,* urbs Laconiæ eadem ac Sparta; ſunt tamen, qui dicunt Spartam peculiarem locum eſſe Lacedæmonis. Vide Hill. in Dionyſ. *v.* 418.

36 *Rogabo Gratias.*] *Gratiæ* ſunt tres *Aglaia, Euphroſyne* & *Thalia,* quæ vulgò aſſeclæ & comites dicuntur eſſe Veneris, &, ut nonnulli aiunt, filiæ; earum munera deſcribit Diod. Sic. bibl. lib. 5. p. 234. D.

illæ

illæ comites ſe præbeant: atque ita omnes ipſam ad hoc, quod volumus, impellemus. *Pa.* Quomodo fortaſſis hoc procedet, incertum adhuc, Venus, eſt: veruntamen amo jam Helenam, & neſcio quo pacto etiam videre ipſam mihi videor, & navigo recta verſus Græciam, & in ſparta peregrè abſum, & redeo una cum uxore: & doleo quod non omnia hæc jam nunc facio.

14. *Ven.* Ne priùs amaveris, Pari, quam pronubam me & ſponſæ conciliatricem judicio hoc remuneratus fueris. Decet enim & me victoriæ compotem factam adeſſe vobis, & celebritatem peragere nuptiarum pariter & victoriæ. Omnia enim licet tibi hæc, & amorem, & formam, & nuptias pomo iſto mercari. *Pa.* At metuo ne me poſt latum judicium negligas & contemnas. *Ven.* Vis igitur [37] ut jurem tibi? *Pa.* Nequaquam, ſed tantum promitte denuò. *Ven.* Promitto igitur Helenam tradituram me eſſe uxorem tibi, & futuram comitem proficiſcenti ad ipſam: deinde & Ilium venturam eſſe ad vos. Atque adeò ipſa præſens adero, & ad omnia opitulabor. *Pa.* Etiam Cupidinem, & Amabilitatem, & Gratias tecum adduces? *Ven.* Bonum animum habe: quin & Deſiderium & [38] Hymenæum prætereà comites aſſumam. *P.* Ob hæc igitur do tibi pomum, ob hæc accipe.

37 *Ut jurem.*] *Venereum juramentum* quanti æſtimandum. Vide *Eraſm. Adag.* nec major fortaſſe adhibenda fides ei quod facit, quam quod ſuadet Venus.

38 *Et Hymenæum.*] *Hymenæus,* qui & *Hymen* dicitur, Deus qui nuptiis præeſt. Inter Veteres Deorum imagines extabat coronatus floribus & amaraco, dextra facem tenens, ſiniſtra flammeum, quo novæ nuptæ ſe velare ſolebant, atque hinc *nuptæ* vocatæ. *Nubere* enim in proprio & primo ſignificatu, non aliud eſt quàm *velare.* Hymenæum ſic indutum, ſic ornatum ad *Juliæ & Manlii nuptias* invitat Catullus. Vide etiam *chartar. de imagin. Deorum.*

DIA-

DIALOG. XIX.

LUCIANI SOMNIUM, *ſive* GALLUS.

Deſ. Eraſmo Roterod. *Interprete*,

Gallus & Micyllus *Interloqutores*.

1. *Micyl.* AT te, ſceleſtiſſime Galle, cùm iſtâ tantâ invidentiâ, voceque tam acutâ ipſe perdat Jupiter, qui quidem opibus affluentem me, ac dulciſſimo in ſomnio verſantem, & admirabili felicitate fruentem, penetrabile quiddam, & clamoſum reſonans expergefeceris; adeo ut ne noctu quidem effugere liceat paupertatem vel teipſo longè nocentiorem; atqui ſi conjectandum eſt tum è ſilentio, quod etiamdum ingens eſt tum è rigore, frigoreque, quod nondum me, quemadmodum aſſolet, antelucano morſicat titillátque (nam hic mihi certiſſimus gnomon adventantis diei) ne medium quidem adhuc noctis eſt, ſed iſte pervigil, perinde quaſi [1] vellus illud aureum ſervet, ab ipsâ protinùs veſperâ [2] vociferari cœpit, verum haudquaquam impunè, ſiquidem mox pœnas de te ſumam, fuſtéque comminuam, ſi diluxerit modò, nam nunc negotium mihi faceres ſubſiliens in tenebris. *Gal.* Here Micylle, equidem arbitrabar me tibi gratum eſſe facturum, ſi

1 *Vellus illud aureum.*] Nota eſt fabula de *aureo vellere* à Phryxo, poſtquam aries, cujus erat, in Colchida eum portaſſet, ilici in luco Martis appenſo, & à vigilantiſſimo dracone ſervato, quem, antequam *vellus* illud abripere potuit, interfecit Jaſon. Vide Diodor. Sicul. Bibliothec. Hiſtor. lib. 4. Ovid. Metam. lib. 6. fab. ult. Apollodor. lib. 1.

2 *Cœpit vociferari.*] Græc. tantum. *κέκραγεν*, *vociferatus eſt*; mutat perſonam, quaſi ad alium verſus querebatur.

quoad

quoad poſſem altâ nocte lucem antevertiſſem, quo poſſes antelucano ſurgens quamplurimum operis conficere; ſi etenim priuſquam Sol exoriatur vel unicam feceris crepidam, iſtuc laboris lucro tibi acceſſerit ad parandum victum: quod ſi tibi magis libet dormire, equidem tuo arbitratu quietem egero, longéque magis mutus fuero piſcibus.

2. Cæterùm tute videto, ne per Somnium dives, eſurias experrectus. *Mic.* O prodigiorum averſor Jupiter, ô malorum depulſor, Hercules, quid hoc mali eſt? vocem humanam ſonuit Gallus. *Gal.* Hoccine tandem tibi prodigium videtur, ſi eâdem, quâ vos linguâ loquor? *Mic.* Quid? annon hoc portentum? ſed avertite Dii malum è nobis. *Gal.* At tu mihi videris admodum illiteratus eſſe, Micylle, nec evolviſſe Homeri poëmata, in quibus equus Achillis, [3] cui nomen Xanthus, poſteaquam hinnitus longùm valere juſſiſſet, medio in prælio conſtitit diſſerens, totoſque verſus ordine recitans, non quemadmodum nunc ego proſâ oratione loquens, quin etiam vaticinabatur ille, deque futuris edebat oracula, neque quicquam prodigioſum facere videbatur, neque is qui tum audiebat, malorum averſorem, ita uti tu facis implorabat, quaſi rem abominandam & avertendam audiſſe ſeſe judicaret; at quid tandem facturus eras, ſi tibi navis [4] cui nomen apud Homerum eſt Argo, [5] carina

3 *Cui nomen Xanthus.*] Xanthi orationem habes Homer. Iliad. τ'. 403. ſed Junone ſuggerente.

Αὐδήεντα δ' ἔθηκε Θέα λευκώλενος Ἥρη.

4 *Cui nomen apud Homerum Argo.*] Meminit quidem obiter hujus navis, Homer. Ὀδυσ. μ'. v. 69. ſed apud alios plura legas.

5 *Carina fuiſſet elocuta.*] Variant de hâc re Autores, dum alii proram, alii malum locutum fuiſſe aiunt, Lucianus τρόπιν, quod utrum *Carinam* vertendum ſit, haud adeo certus ſum. Heſychius quidem, & eum ſecutus H. Stephanus interpretatur τὸ κατώτατον τῆς νεώς, i. e. *infimam partem navis.* Cautius Suidas ἡ τῆς νεὼς. i. e. *pars navis. Et ſane ſi Etymologiam ſpectas, quia videtur à* τρέπω *deſcendere, partem eam ſignificare videtur, à qua navis vertitur, ſive ea ſit clavus, ſive malus, & magis profectò congruum eſſet,*

rina fuiſſet eloquuta, ita ut olim in [6] Dodonæâ ſylvâ [7] phagus [8] per ſe loquens oraculum edidit? aut ſi [9] tergora direpta ſerpere vidiſſes, ſi carnes boum mugire ſemiaſſas coctâſque verubus transfixas? ego verò quum [10] Mercurii ſim aſſeſſor loquaciſſimi deorumque omnium facundiſſimi, præterea contubernalis vobis & convictor, haud mirum videri debet, ſi ſermonem humanum edidici.

3. Quod ſi mihi promittas taciturum te, haudquaquam gravabor veriorem tibi cauſſam aperire, undè factum ſit ut eâdem quâ vos linguâ loquar, & undè mihi ſuppetat hujus orationis facultas. *Mic.* Modò ne iſthuc ipſum ſit ſomnium, Galle, quod ita mecum loqueris: ſed dicito per Mercurium, ô præclare, quid etiam aliud rei tibi ſit in cauſsâ, ut iſtam linguam ſones? nam ut taceam neque cuiquam proferam, quid attinet te ſollicitum eſſe? quis enim fidem mihi ſit habiturus, ſi cui narrem, me Gallum hæc loquentem audiſſe? *Gal.* Auſculta igitur, nam orationem ex me

eſſet, ut pars aliqua quæ extabat, loquax eſſet quam quæ ſubmerſa erat aquis, niſi fortè hæc navis ἐγγαστριμύθων more ex ventre loqueretur.

6 *Dodonæâ ſylvâ.*] Ita dicta à Dodona τῆς Μολοσσίδος ἐκ Ἠπείρῳ πόλη ut Euſtathius in Homer. Iliad. β'. loquitur, i. e. *Moloſſidis in Epiro urbe*, juxta quam ſylva erat, in qua arbor Jovi ſacra vaticinabatur, ἀρχαιότατον ὑποληφθεῖσα φυτὸν, καὶ πρῶτον τροφὴν τοῖς ἀνθρώποις παράσχον. ut idem Euſtath. in Ὀδύσσ. ξ'. i. e. *quæ antiquiſſima exiſtimatur fuiſſe arbor, & primum dediſſe alimentum mortalibus.*

7 *Phagus.*] Apud Græcos alios nonnullibi appellatur δρῦς. Homer. Ὀδύσσ. ξ'. ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο. Sophoc. in Trach. v. 1175. πολυγλώσσου δρυός. Atque hinc fortaſſe eſt, quod hanc arborem loquacem nonnulli *quercum* fuiſſe exiſtimant, non animadvertentes δρῦς, non modò quercum, ſed quamlibet etiam arborem frugiferam ſignificare. Certè Lucianus *phagum* apellat, quod etiam & Sophocles alibi. Vide ſi libet, Trach. v. 175.

8 *Per ſe loquens.*] Græc. αὐτόφωνος ſunt qui dicunt, non ipſam arborem fuiſſe locutam; ſed ex arbore columbas duas, Græc. πελείας, quas, qui ſagacioris ſunt oculi, non alias eſſe putant, quam anus duas Moloſſide lingua vocatas πολεάς. Videat cui libet, Scholiaſt. in Sophocl. Trachin. v. 176.

9 *Tergora direpta ſerpere, ſi carnes, &c.*] Vide Hom. Ὀδ. μ'. v. 395. verba ſunt εἷρπον μὲν ῥινοὶ, κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμεμύκει, *&c.*

10 *Mercurii aſſeſſor.*] Gallus *Mercurio* dicitur eſſe *Aſſeſſor*, quia in imaginibus *Mercurii* quæ apud Veteres ſunt, *Gallus* ad pedes ſolet aſſidere. Vide Chartar. de Imag. Deor. p. 201.

audies omnium (ſat ſcio) maximè novam, atque incredibilem, ſiquidem hic qui nunc tibi Gallus appareo, non ita pridem homo fuit.

4. *Mic.* Profectò & olim iſtiuſmodi quiddam de vobis inaudieram adoleſcentulum quempiam fuiſſe Gallum, Marti adamatum, atque hunc Deo compotaſſe, colluſitaſſeque, & in voluptatibus geſſiſſe morem; cum itaque Venerem adiret Mars cum eâ cubiturus, hunc quoque Gallum unà ſecum adduxiſſe: quoniam autem Solem potiſſimùm metuerit, ne ſi è ſublimi conſpexiſſet, Vulcano ſe proderet, foris ad oſtium adoleſcentulum ſemper relinquere ſolitum, cujus indicio certior fieret, quando Sol emergeret, deinde Gallum aliquando ſomno correptum, excubias deſeruiſſe inſcientem, ſolemque nullo præſentiente imminuiſſe Veneri ac Marti ſecurè dormienti, proptereà quòd confideret Gallum indicaturum fuiſſe, ſi quis interveniſſet, Vulcanum itaque à Sole edoctum eos deprehendiſſe implicitos, atque irretitos iis vinculis, quæ jam olim in illos fuerat fabricatus: porrò Martem, ſimul atque dimiſſus eſt, indignatum adverſus Gallum fuiſſe, atque eum in avem tranſmutâſſe, iiſdem armis ut in capite pro galea criſtam obtineret: hanc ob cauſſam, quo vos Marti purgetis, quum jam nihil opus, ſimul atque Solem exorientem ſenſiſtis, multò antè vociferari, atque illius exortum prænunciare.

5. *Gal.* Feruntur quidem & illa, Micylle, at, quod ego narraturus ſum, multò aliud quiddam fuit, atque adeò nuper admodum in Gallum transformatus ſum. *Mic.* Quonam modo? nam iſthuc maximoperè cupio cognoſcere. *Gal.* Audiſtin' de Pythagora quodam [11] Mneſarchida [12] Samio? *Mic.* Num Sophiſtam

11 *Mneſarchida.*] Sic dictus quia filius erat Mneſarchi annulorum ſculptoris, ut Suidas habet ex Laertio, qui dicit etiam eſſe, qui aiunt patris

ſtam illum dicis glorioſum, qui inſtituit [13] nequis vel carnes guſtaret, vel [14] fabas ederet, ſuaviſſimum mihi edulium, ſalubre, & parabile à menſâ ſubmovens? prætereà autem qui mortalibus ſuaſit, ut ne intra [15] quinquennium loquerentur? *Gal.* Scis nimirùm & illud, quemadmodum priuſquam Pythagoras eſſet, [16] Euphorbus fuerit? *Mic.* Præſtigiatorem, & prodigiorum artificem hominem aiunt fuiſſe, ô Galle. *Gal.* Ille ipſe ego tibi ſum Pythagoras, quare parce quæſo mihi convitiari, præſertim cùm ignores quibus ſim moribus. *Mic.* At hoc rurſum multo etiam quam illud portentoſius, Gallus Philoſophus?

6. Attamen expone Mneſarchi gnate qui factum ſit, ut ex homine avis, ex Samio [17] Tanagræus repentè nobis prodires, neque enim iſta veriſimilia, neque omninò facilia creditu, quandoquidem duas quaſdam res jam mihi videor in te animadvertiſſe

tris ejus nomen fuiſſe Marmacum. in Jambl. perperam legitur Μνήμαρχος pro Μνήσαρχος, ut *Arcerius* benè notavit.

12 *Samio.*] *A Samo* inſula in mari Icario, ut plerique volunt, Pythagoræ patria. Lucian. in *Vitar. auctione*, ποδαπὸς εἶ σύ; Πυθαγ. Σάμιος, i. e. *Cujus Tu es?* P. *Samius*, & Ovid. Met. l. 25. fab. 2. *Vir fuit hic ortu* Samius. Ad quem locum annotavit Farnabius Laërtium eum dixiſſe eſſe *Thuſeum.* Jamblicum ex *Cephalenia*, utrum rectè videat Lector.

13 *Nequis carnes guſtaret.*] Ariſtoxenus apud Laertium ait eum, Πάντα τὰ ἄλλα συγχωρεῖν ἐσθίειν ἔμψυχα μόνων δὲ αὐτὸν ἀπέχεσθαι ἀροτῆρος βοὸς καὶ κριοῦ, i. e. *Omnia alia animata in cibum permiſiſſe, bove aratore & ariete exceptis*, à quibus, niſi cui abſunt alia, quis non abſtinet?

14 *Aut fabas ederet.*] E ſymbolis eſt ἀπέχεσθαι κυάμων, i. e. à *fabis abſtineto*, quod ænigmaticè ſolum intelligendum, ſi verum ſit id, quod ex Ariſtoxeno affirmat Agellius, lib. 4. c. 11. Eum nullo ſæpius legumento uſum fuiſſe, quam fabis.

15 *Ne intra quinquennium loquerentur.*] Ita tradidit de diſcipulis ejus Laert. Πενταετείαν ἡσύχαζον, i. e. *quinquennium ſilebant.* Agellius autem, lib. 1. c. 9. dicit eum non omnibus idem tempus præcepiſſe; ſed, ut ipſe loquitur, *pro æſtimato captu ſolertiæ, nemini* autem minus quam biennium.

16 *Euphorbus fuerit.*] Vide Ovid. Metam. lib. 15. *v.* 160, & Laert. in vita Pyth. *Euphorbus* autem erat inter Troas vir egregius, quem in bello Trojano interfecit Menelaus.

17 *Tanagræus.*] A *Tanagra* Bœotiæ urbe, ubi gens Gallorum egregiè nobilis. Vide Plin. lib. 10. c. 20. Var. de R.R. lib. 3. c. 9. & Columb. lib. 8. c. 2.

nimium aliena à Pythagora. *Gal.* Quæ? *Mic.* Alterum quidem quod garrulus es, & obſtreperus, quum ille ſilere [18] in ſolidos quinque annos (ſi memini) præceperit. Alterum verò planè cum illius legibus pugnat, cum etenim non haberem, quod tibi objicerem fabas heri (ſicuti nôſti) ad te attuli, at tu nihil cunctatus protinùs eas ſublegabas, undè fit, ut neceſſe ſit, aut ementitum eſſe te Pythagoram eſſe, cùm aliud quiddam ſis, aut ſi Pythagoras es, legem prætergreſſum eſſe te, juſque violâſſe, cùm fabas ederis, [19] perindè ac ſi caput patris comederis.

7. *Gal.* Non cognôſti, Micylle, quæ ſit harum rerum cauſſa, neque quæ ad unumquodque vitæ genus conducant, ego tum quidem non eſitabam fabas propterea quod Philoſophus eſſem, nunc contra comeſurus ſim, quippe, avicio [20] congruas, neque nobis repudiandum pabulum; verùm ſi moleſtum non eſt audi quemadmodum è Pythagora cœperim eſſe id, quod ſum in præſentiâ, quamque in multis vitæ generibus ante hac vixerim, & quid ex unaquaque tranſformatione ſim conſequutus. *Mic.* Narra, quæſo, nam mihi quidem auditu jucundiſſimum fuerit, adeò ut ſi quis mihi deferat opinionem, utrum te iſta narrantem audire malim, & rurſum feliciſſimum illud ſomnium quod paulò ante vidi, videre, haud ſciam utrum electurus ſim, uſque adeò cognata germanáque videntur eſſe iſta tua cum ſuaviſſimis illis viſis, & ex

18 *In ſolidos quinque annos.*] Vide ſupra, fig. 15.

19 *Perindè ac ſi caput patris.*] Ad mentem ſcilicet illius cujus verſum citat Clemens l. 3. Strom.

Ἶσόν τοι κυάμους τρώγειν κεφαλάς τε τέκνων.

i. e. *Æquè malum* eſt *edere fabas ac parentum capita.* Vide Ovid. Met. l. 15. fab. 2. & Agellii lib. 11. c. 4.

20 *Avicio congruas.*] Malim interpreteris *avibus* congruum, nam Græcè ὀρνιθικὴ reſpicit, quod ſtatim ſequitur, τροφή. i. e. *pabulum.* Niſi magis placet retinere *avicium,* ut ſcilicet nova vox reſpondeat novæ; neque enim *avicius* ullibi apud Latinos, neque ὀρνιθικὸς uſquam alibi apud Græcos reperio.

æquo vos æſtimo, te pariter ac præclarum illud inſomnium.

8. *Gal.* Etiamnum tu Somnium illud, quod dudum tibi viſum eſt in animum revocas, & inania quædam obſervas ſimulachra, atque (uti loquuntur poëtæ) evanidam quandam felicitatem memoriâ conſectâris? *Mic.* Imo illud ſcias, Galle, ne ullo quidem tempore unquam viſi illius mihi venturam oblivionem, tantum mellis ſomnium aufugiens in oculis mihi reliquit, ut præ illo vix queam palpebras attollere rurſus in ſomnum coëuntes, qualem itaque voluptatem movent pennæ in auribus verſatæ, talem titillationem mihi præbent ea quæ vidi. *Gal.* Novum quendam, Hercule, mihi narras amorem inſomnii, ſiquidem alatum cùm ſit (ſicut aiunt) [21] metaſque volandi præſcriptas habeat ſomnium, jam ſepta tranſilit, in oculis etiam vigilantis [22] obverſans, adeò mellitum, & evidens apparet.

9. Quare pervelim audire cujuſmodinam ſit iſtud, quod te ſupra modum delectat. *Mic.* Geſtio narrare, nam dulce eſt hoc ipſum meminiſſe, & commemorare de illo quippiam; verùm heus Pythagora, quando tu narrabis de tuis transformationibus? *Gal.* Ubi tu, Micylle, deſieris ſomniare, meique illud ab oculis abſterſeris, interim prior dicito uti intelligam utrumne per [23] portas eburneas, an per cor-

21 *Metaſque volandi, &c.*] Malo ſic interpretari, *& ſomnum habens volationis terminum, foſſam ſeu ſulcum jam tranſiliit* Proverbialiter dicitur ὑπὲρ ἐσκαμμένα πηδᾶν, pro *cujuſvis rei fines tranſgredi.* Ortum ex foſſa ſeu ſulco, qui, in pentathio ſeu quinquertio per tranſverſum ductus, erat ὅρος τοῦ πηδήματος, hoc eſt *meta*, ſeu, *limes*, quem tranſilire nefas erat.

22 *In apertis etiam oculis obverſans.*] Malo dicere, *& immoratur in apertis oculis*: ſic enim διατρίβει ſignificat.

23 *Per portas eburneas.*] Per *portas eburneas* utpote materiam minus pellucidam, inſomnia *falſa* intrabant; per *corneas*, ut quæ luminis facilius admittebant tranſitum *Vera.* De his autem portis, vide Virg. Æn. 6. prope finem; &, ex quo hauſit, Homer, Ὀδύσσ. τ΄. v.43. à fine & quæ etiam in eum locum dixit Euſtathius.

neas

neas tibi ſomnium advolarit. *Mic.* Neque per has, neque per illas, ô Pythagora. *Gal.* Atqui duas has tantum commemorat Homerus. *Mic.* Valere ſinas nugatorem illum poëtam qui nihil de ſomniis intellexit, paupertina fortaſſis ſomnia per iſtas commeant portas, qualia videbat ille, neque id admodum perſpicuè, quippe captus oculis, mihi vero per aureas quaſdam portas dulciſſimum hoc advenit ſomnium, & ipſum aureum, & aureis undique circumamictum, & auri plurimum ſecum adducens.

10. *Gal.* Deſine [24] optimè Mida, de auro fabulari, nam proculdubiò ex [25] illius voto iſtud tibi accidit inſomnium, & ſolidas auri venas mihi duxiſſe videris. *Mer.* Multam auri vim vidi, Pythagora, multam, quàm putas pulchri? quo fulgore coruſcantis? quid tandem Pindarus in illius laudem dicit? nam in memoriam redige, ſiquidem meminiſti, cùm aquam præſtantiſſimam dicens poſtea aurum admiratur, idque jure ſtatim [26] in initio carminis unius omnium belliſſimi. *Gal.* Num illud quæris?

Aqua eſt illa quidem optima,
Cæterum aurum, uti candens
Ignis, ita enitens, noctibus eminet eximiè unum
Cæteras ſupra opes, quæ
Gloriam, ac decus addunt.

Mic. Per Jovem iſtuc ipſum, perindè enim ac ſi inſomnium meum videat Pindarus, ita prædicat aurum.

11. Sed ut tandem cognoſcas quale fuerit, auſcul-

24 *Optimè Mida.*] Midas Rex erat Phrygiæ, qui, cùm quicquid optaret Bacchus ei daturum promiſerat, rogabat Deum, ut quodcunque tangeret, ſtatim ipſo tactu fieret aurum. Quod cum ſibi in gravamen ingens cedere ſentiret, facti eum pœnitebat; juſſus autem ob expiationem criminis in Pactoli flumine ſe lavare morem geſſit, & ex eo tempore ille fluvius volvit arenas aureas.

25 *Ex illius.*] Refer *illius* ad *Mida*, quod præceſſit, licet ſit Voc. caſ. atque ideo ſecundæ perſonæ; hic enim perſona mutatur.

26 *Initio carminis.*] Vide Pindar. Od. 1.

ta jam ſapientiſſime Galle, meminiſti ut heri nullum domi cibum acceperim, ſiquidem Eucrates dives ille fortè mihi in foro factus obviam, [27] lotum me in tempore ad cœnam venire juſſerat. *Gal.* Iſtuc planè quidem memini, nam totum eſuriebam diem, donec mihi profunda tandem veſpera domum reverſus, ſubuvidus, vinóque madens, quinque illas fabas proferres, non admodum opiparam cœnam Gallo, qui quondam fuerit athleta, quique Olympia olim non ſegniter decertarit. *Mic.* Aſt ubi reverſus à cœna fabas tibi objeciſſem, obdormii protinus: tum mihi, juxta Homerum, [28] ambroſiâ ſub nocte, divinum quoddam haud dubie [29] ſomnium aſſiſtens. *Gal.* Sed prius quæ tibi apud Eucratem acciderint, Micylle, narra, & cujuſmodi fuerit cœna, quæque ſuper cœnam acta ſunt omnia, nihil enim prohibet te denuò cœnare, [30] ſi veluti ſomnium quoddam ejus cœnæ reducas, & quæ tum ederis, rurſum commemoratione quaſi rumines.

12. *Mic.* Credebam moleſtum futurum me, ſi hæc quoque retuliſſem, verùm poſteaquam tu deſideras ea id quoque narrabo, cùm nunquam antehac in vita cœnâſſem apud ullum divitem, ô Pythagora, heri bonâ quâpiam fortunâ in Eucratem incidi, atque ego quidem ſimul atque dominum illum ſalutâſſem, ita uti conſueveram, ſubducebam me, ne pudori illi eſſem, ſi lacerâ in veſte fuiſſem affectatus; at ille, Micylle, inquit, hodiè natalitia filiæ celebro, plurimóſque ad convivium amicos invitavi; verum quoniam

27 *Lotum, &c.*] Intellige non de manibus ſolum, ut mos eſt apud nos Anglos; ſed de toto corpore. Frugi enim & honeſti cives epulas adituri ex more balnea prius petebant.

28 *Ambroſiâ.*] Epitheton noctis, apud Homer. Il. ω'.

29 *Somnium aſſiſtens.*] Verbum aliquod erat ſecuturum, ſed interrumpit ſermonem Gallus.

30 *Si veluti cœnæ illius.*] Græc. eſt ὥσπερ ὄνειρον, τινὰ τῦ δείπνυ ἐκείνυ προάγοντα, quod malim ſic interpretari, *ut qui ſomnium quoddam illius Cœnæ provehas*; Angl. AS ONE WHO MAY CARRY ON A DREAM OF THAT SUPPER, &c.

niam aiunt quendam ex his incommodâ eſſe valetudine, neque poſſe pariter ad convivium noſtrum accedere, tu ejus loco venito lotus, niſi ipſe fortè qui vocatus eſt ſemet adfuturum renunciârit, nam nunc quidem ambigit.

13. Hoc ubi audiſſem, adorato divite diſcedebam omnes obſecrans Deos, ut algidam aliquam febrem, aut laterum dolorem, aut podagram [31] morbi auctarium immitterent valetudinario illi, cujus ego ſellæ occupator, cœnæque vicarius, & hæres eram vocatus: interim hoc ſpatii, quod uſque ad balnei tempus interceſſiſſet, longiſſimum ſeculum eſſe judicabam, dum ſubinde reſpicio [32] quotquot pedum eſſet litera, & quando illos jam lavâſſe conſentaneum eſſet: hic ubi tempus adveniſſet, ocius me corripio, atque abeo nitidè admodum cultus ſic obverſo palliolo, ut quâ eſſet parte puriſſimum, ea videretur; offendo autem ad fores & alios complures, in quibus etiam illum (geſtabatur autem à viris quatuor) cujus eram ſubconviva vocatus, qui malè habere dictus erat, atque id etiam præ ſe ferebat, quòd afflictâ eſſet valetudine; nam ex alto gemebat, tuſſiebâtque, ac ſcreabat velut ex abdito, [33] quodque ægrè redderetur,

31 *Morbi auctarium.*] Quod exemplar ſecutus eſt interpres neſcio, ſed in iis, quæ vidi, nihil eſt in Græco, cui hæc verba reſpondeant.

32 *Quotquot pedum eſſet litera.*] Pro *litera* mallem dicere *umbra*: nam cùm illa erat ſex pedum, lavari, cùm decempes cœnari ſolebat. Illud patet ex Lucian. Crono ſolone, *Λοῦσθαι μὲν ὁπόταν ϛοιχεῖον ἑξάπουν ᾖ*, *i. e.* Lavandum ubi umbra erat ſex pedum. *Hoc autem ex Ariſtoph.* Ἐκκλ. *Σοὶ δὲ μελήσει ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ ϛοιχεῖον, λιπαρῶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον*, i. e. *Tibi autem erit Curæ, quando fuerit umbra decempes, aſſiduè ire ad cœnam.* Veteres enim ad umbræ longitudinem, gnomonis puta alicujus ſolarii, aut forte ſui ipſorum corporum menſi ſunt horas diei. Id fieri poſſe oſtendit Schronerus in Gnomonices ſuæ, p. 78. at tunc pedes neceſſe eſt, ut varii eſſent, nunc breviores, nunc longiores, juxta cyclorum varietatem, quos per Zodiacum Sol facit.

33 *Quodque ægrè redderetur.*] Aliud exemplar habet *ægrè graderetur*, ſed male; neutrum autem plene expreſſit, qui in hoc loco ſit *δυσποσοδεν*, vide quæ annotavimus ad Græcum textum.

totus

totus pallidus ac tumens, annos natus circiter ſexaginta, ferebatur autem philoſophus quiſpiam eſſe, ex his, qui apud adoleſcentulos nugas deblaterant. At barba mirè erat tragica, id eſt, hircina ſupra quam credi poſſet tonſoris egens, porrò increpante Archibio medico.

14. [34] Quamobrem cùm ita eſſet affectus, adveniſſet, non oportet, inquit, promiſſa deſerere, præſertim hominem philoſophum, etiam ſi mille urgeant & inſtent morbi; putabit enim Eucrates ſeſe à nobis haberi ludibrio. Haudquaquam, inquam ego, collaudabit te ſi domi potius apud te velis emori, quam in convivio, animam unà cùm phlegmate excreans. Atque ille quidem præ arrogantia diſſimulabat ſeſe dicterium audiſſe: haud multò pòſt acceſſit & Eucrates jam lotus, conſpectóque Theſmopolide (nam id erat philoſopho nomen) præceptor, inquit, probè quidem factum abs te, qui ipſe ad nos veneris, tametſi nihilò deterius tibi fuerat futurum, ſiquidem etiam abſenti omnia ordine miſſa fuiſſent. Hæc ſimulatque dixerat, introgreditur manus illi porrigens pariter & famulis innitenti. Ego igitur jam abire parabam, verùm ille converſus, ubi diu ſecum hæſitâſſet, poſteaquam me triſtem admodum videret, ades, inquit, tu quoque, Micylle, ac nobiſcum cœna, nam filium in mulierum conclavi unà cùm matre convivium agere jubebo, quò tibi ſit locus. Ingrediebar itaque, quum parùm abfuerit, quin lupus fruſtrà [35] hians diſcederem. Verùm ingrediebar pudefactus, quod Eucratis filiolum è convivio viderer expuliſſe.

15. Aſt ubi jam tempus eſſet ut diſcumberemus, primum tollentes Theſmopolim compoſuerunt, haud

34 *Quamobrem cùm ita eſſet affectus.*] non opus eſt *eſſet*.

35 *Lupus hians.*] aiunt lupum latè diducto rictu prædam captare, quâ ſi fruſtretur obambulare hiantem. Vid. proverb. apud Eraſm.

ſine negotio per Jovem, quinque (ſi diis placet) proceri juvenes, cervicalia illi ſupponentes undiquaque, quo nimirùm in eodem habitu permanere, ac longum etiam tempus durare poſſet. Deinde ubi nemo jam tolerare poſſet, ut juxta illum accumberet, me adductum reclinant, ut eadem in menſa eſſemus: deinceps cœnabamus, O Pythagora, opiparam quandam, & variam cœnam, multóque in auro, multo item argento. Pocula erant aurea, miniſtri formoſi, tum cantores, & concitandi riſus artifices; in ſumma, jucundiſſima quæpiam erat vita, niſi quod unum quiddam me vehementer malè habebat, Theſmopolis obſtrepens, atque obturbans, virtutem neſcio quam mihi commemorans, docenſque quod duæ negationes unicam efficerent affirmationem, quodque ſi dies ſit, non nox ſit, nonnunquam & cornua mihi dictitabat eſſe, atque id genus multa philoſophabatur erga me, quibus ejuſmodi nihil opus, planéque voluptatem interpellatione minuebat, quum non ſineret exaudiri eos qui citharâ vocéque canebant.

16. Habes, Galle, de cœna. *Gal.* Non admodum ſuavi, Micylle, & maximè poſteaquam cùm illo deliro ſene ſortitus eras accubitum. *Mic.* Audi nunc & inſomnium, viſus enim mihi Eucrates ipſe, cùm orbus eſſet liberis, neſcio quomodo è vitâ diſcedere. Dehinc ubi me accerſiſſet, ac teſtamentum condidiſſet, quo [36] me in ſolidum hæredem omnium ſcripſerat, paulo tempore ſuperſtes emori. Porrò ipſe videbar adire facultates, & tum aurum, argentúmque ingentibus quibuſdam ſcaphis exhaurire, perpetuò ſubſcaturiens, & affatim affluens: [37] tum autem veſtes, menſas, pocula, miniſtros, omnia mea, ut par

36 *In ſolidum hæredem omnium.*] Nihil opus *in ſolidum*, idéoque ſi libeat deleas.

37 *Tum autem veſtes*, &c.] aptius exponas τὰ δ' ἄλλα τὴν ἐσθῆτα, &c. cætera verò, *veſtes*, &c.

erat, eſſe. Poſteà candido vehiculo vectabar reſupinus cunctis, qui intuebantur, conſpiciendus, & admirandus. Accurrebant permulti, ac circumequitabant, complures ſequebantur, ego interim illius indutus veſtitum, & annulos gerens circiter ſedecim, digitis inſertos, epulum quoddam ſplendidum jubebam adornari, quo amicos acciperem.

17. Jamque illi, ita ut in ſomnio fieri conſentaneum eſt, aderant; jam epulæ erant comportatæ; jam potus ex animi ſententia miniſtratus. In his cùm verſarer, & aureis phialis præbiberem omnibus, qui aderant, amicis, cùm jam inferrentur bellaria, intempeſtivo tuo clamore perturbâſti nobis convivium, menſaſque ſubvertiſti, ac divitias illas ita diſſipâſti, ut in auras evaneſcerent.

18. Num tibi videor ſtomachatus in te injuriâ? Nam vel tres noctes perpetuas libenter adhuc ſomnium illud, quod mihi accidit, videre cupiam. *Gal.* Adeóne es auri cupidus, & opum avidus, Micylle? idque ex omnibus unum admiraris, ac felicitatem unicam eſſe judicas, ſi plurimùm poſſideas auri? *Mic.* Equidem haud ſolus ita cogito, Pythagora, cùm ipſe quoque [38] tum cùm Euphorbus eſſes, auro atque argento comis intexto prodibas pugnaturus cùm Achivis, idque in bello, ubi ferrum, quàm aurum geſtare ſatius erat. At tu etiam tum voluiſti calamiſtris auro internexis in periculum deſcendere; atque ob eam (opinor) cauſſam Homerus comas tuas gratiis ſimiles dixit, quod auro argentóque revincirentur, longè etenim nimirùm meliores, atque amabiliores videbantur, quod eſſent auro religatæ, unáque cum eo relucerent: neque iſthuc novum eſt, Auricome, [39] ſi tu Pantho patre prognatus

38 *Tum cùm Euphorbus eſſes.*] Vide Ovid. Metam. lib. 15. fab. 3. *v.* 160. & Laert. in vit. Pythag.

39 *Si tu Pantho,* &c.] De *Pantho* non aliud lego, quam quod erat filius Otrei & Apollinis ſacerdos;

tus aurum in pretio habuiſti; quin & ipſe deorum omnium hominumque pater, ille Saturno [40] Rheaque progenitus, cum [41] Argolicam illam puellam adamaret, ubi nihil inveniret amabilius in quod ſe transformaret, neque quod Acriſii cuſtodias poſſet corrumpere, audiſti videlicet ut aurum factus ſit, atque ita per tegulas illapſus potitus eſt eâ quam deperibat.

19. [42] Jam verò quid tibi commemorem quam multos uſus præbeat aurum? & ut eos quibus adfuerit formoſos & ſapientes, & potentes reddat, decus & gloriam illis concilians? utque nonnunquam ex obſcuris & infamibus claros, & celebres repentè efficiat? nam nôſti vicinum mihi, & ejuſdem artificii Simonem, qui paucis antè diebus apud me cœnavit, cum legumen coquerem [43] Saturnalibus, duaſque extorum cæſuras imitterem. *Gal.* Novi Simonem illum brevem, qui fictilem ollulam, quæ nobis erat unica, ſuffuratus, peractâ cœnâ, abiit, ſub alâ geſtans. Nam ipſe vidi, Micylle. *Mic.* Atqui cùm eam ſuſtulerit, tam multos ille deos poſteà jurabat. Sed cur non prodebas, ac vociferabare, tum ô Galle, cùm nos furto ſpoliari conſpiceres? *Gal.* [44] Coccyzabam, quòd mihi ſolum licebat id temporis.

dos; neque opinor Lucianum hic eum taxare, quaſi cæteris hominibus auri eſſet avidior; ſed noluit videri mirum, ſi Euphorbus *Pantho*, i. e. mortali genitus tanti æſtimaret aurum, cùm Jovem ipſum ea facere non puduerit.

40 *Rheaque.*] Alio nomine vocatur *Ops & Cybele.*

41 *Argolicam puellam.*] Intelligit *Danaen* Acriſii Argivorum Regis filiam, quam, quoniam dixit Oraculum in fatis eſſe, ut ab illius filio occideretur, Pater in aheneâ incluſit turre. Vide Hor. carm. lib. 3. Od. 16. & Pauſaniam in Corinthiacis.

42 *Jam verò, &c.*] Magis ad verbum ſic exponas, *quid igitur præterea adhuc Tibi dicerem?*

43 *Saturnalibus.*] Saturnalia ſunt feſta in Saturni honorem Menſe Decembri celebrata, quibus ſervi cùm dominis ad eandem menſam diſcumbebant, in memoriam ſcilicet aurei illius ſeculi, quo regnabat Saturnus, quando nemo dominus, ſervus nemo; ſed omnes pares. Vide Macrob. Saturn. lib. 1. c. 7. Funger. in vocem *Saturnus*, Juſtin. lib. 43. c. 3.

44 *Coccyzabam.*] i. e. Eam edebam vocem, quam ſolent Galli re aliqua ex improviſo moti. Vide plura in annotationibus ad Græcum textum.

20. Ve-

20. Verùm quid Simon ille? nam videbare de illo dicturus neſcio quid. *Mic.* Ei conſobrinus erat vir ſupra modum dives, nomine Drimylus, is quoad vivebat ne obolum quidem donaverat Simoni, nam quî daret, cùm ne ipſe quidem pecunias attingeret? at ſimulatque mortuus eſt nuper, univerſis illis opibus juxta leges, Simon ille, qui coria putria, qui patellam circumlingebat, gaudens potitur, purpurâ oſtróque circumtectus; famulóſque & currus, & aurea pocula, & menſas eburnis enixas pedibus poſſidet, ab omnibus adoratur, jamque ne nos quidem aſpicit. Nuper etenim cùm illum procedentem conſpexiſſem, ſalve, inquam Simon, at ille indignè ferens, edicite, inquit, mendico iſti, ne [45] vocabulum meum diminuat; neque enim Simon, [46] ſed Simonides appellor. Porrò (quod eſt omnium maximum) mulieres etiam illius amore capiuntur, atque is quidem eludit eas, ac faſtidit, & alias quidem admittit, comémque ſe præbet, aliæ porrò, quæ negliguntur, necem conſcituras ſibi minitantur: vides quantas commoditates pariat aurum; quandoquidem eos, qui ſunt deformiſſimi, transfigurat & amabiles reddit, non ſecus ac [47] ceſtus ille poëticus. Audis inſuper & à poëtis dictum,

O aurum auſpicata res, & oſtentum optimum.

& rurſum,

Aurum eſt quod opibus imperat mortalium.

45 *Vocabulum.*] i. e. *Nomen*, quo ſenſu uſi fuerunt autores optimi.

46 *Sed Simonides.*] i. e. Filius vel nepos Simonis, novus cum eſſet, ita appellari voluit, quaſi ingenuis & honeſtis majoribus prognatus erat. Aut forſan quia nomen polyſyllabon affectavit. Vid. infr. n. 12. Alia mens erat Cinnamo, quem deridet Mart. quod Cinna voluit appellari. l. 6. c. 17.

47 *Ceſtus ille poëticus.*] Intelligit *Veneris baltheum*, ſeu *cingulum* in quo ſuavitas, & dulcia colloquia, & oſcula, & riſus, cæteræ omnes amoris illecebræ variis diſtincta coloribus intexebantur: Hunc commodavit Venus Junoni, quando in Gargaro cubitura cùm Jove prius ſtuduit conciliare amorem, Homer. Iliad. ξ'. *v.* 214, & ſequ.

21. Sed

21. Sed quid interim riſiſti, Galle? *Gal.* Quoniam tu quoque per inſcitiam, Micylle, ſimili modò falleris opinione de divitibus, quemadmodum vulgus: verum (crede mihi) longè etiam ærumnoſiorem vitam agunt quam vos: hæc autem loquor, qui ipſe & pauper, & dives aliquando fuerim, atque omne vitæ genus ſim expertus: Porrò paulò poſt ipſe quoque hæc omnia cognoſces. *Mic.* Per Jovem, tempeſtivum jam eſt, ut tu referas, quemadmodum ſis transfiguratus, & quod in unquoque vitæ genere perſpexeris. *Gal.* Auſculta hoc tantum præmonitus me neminem feliciorem vita, quam tu ſis, unquam vidiſſe. *Mic.* Quàm ego ſim, ô Galle? hanc felicitatem tibiipſi imprecor, nam videre me tibi ridendum proponere; verùm age, narra exordiens ab Euphorbo, quo pacto fueris in Pythagoram transformatus, deinceps ordine uſque ad Gallum; conſentaneum enim eſt te varias res tum vidiſſe, tum tuliſſe nimirùm tam diverſis vitæ formis.

22. *Gal.* Quemadmodum initio [48] ab Apolline profecta anima in terram devolarit, & corpus humanum ſubierit, [49] ut illic pœnam quandam dependeret, id longum dictu futurum ſit, prætereà neque mihi referre fas eſt, neque tibi ejuſmodi audire. Verùm ubi Euphorbus factus eſſem. *Mic.* Sed ego priuſquam

48 *Ab Apolline profecta, &c.*] Pythagoræ animam ab Apolline ad homines miſſam, ut rem certiſſimam, de qua, ut ipſe loquitur, *ὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε*, affirmat Jamblicus in vita Pythagoræ, c. 2. Animam autem priorem eſſe corpore à Pythagora docuit Plato. Tim. ed. 1556. Baſil. p. 478. l. 40. & alatam eſſe, Phædon. p. 204. l. 33.

49 *Ut illic pœnam quandam dependeret.*] Memorat Clemens Alexandr. Stromat. l. 3. Philolaum Pythagoreum ſic dixiſſe, Μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ *παλαιοὶ θεόλογοι τε καὶ μάντιες, ὡς διά τινας τιμωρίας, ἁ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται, καὶ καθάπερ ἐν σώματι τούτῳ τέθαπται*, hoc eſt, *Teſtantur autem veteres Theologi & Vates quod propter aliqua luenda ſupplicia, anima conjuncta ſit corpori, & in eo, tanquam in ſepulchro conditur.* Hujus ſententiæ Orpheum eſſe autorem tradit Plato. cratyl. p. 53. lin. penult.

eſſem is, qui nunc ſum, ô præclare, quiſnam eram? hoc mihi priùs dicito. Nunquid ego verſus fuerim itidem ut tu? *Gal.* Maximè. *Mic.* Quis igitur eram? ſi quo modo potes dicere, pervelim enim iſthuc cognoſcere. *Gal.* Tu [50] formica fueras Indica ex earum genere, quæ aurum effodiunt. *Mic.* Et poſteà neglexi infelix vel paucula fruſta in vitam importare, cùm illo eſſem alitus? ſed age, quid poſt hæc futurus ſim dicito, quandoquidem conſentaneum eſt ſcire te, ſiquid etenim bonæ ſit rei, [51] jam nunc ſuſpendero me ab iſta pertica in qua [52] nunc ſtas. *Gal.* Iſthuc profectò nullâ ratione poſſis cognoſcere.

23. Cæterùm cùm Euphorbus eſſem (nam ad illa redeo) in Troja pugnabam, atque [53] à Menelao necatus aliquantò poſt tempore in Pythagoram perveni. Porrò eouſque abſque tecto perdurabam, [54] donec Mneſarchus aliquando mihi ædificaret domum. *Mic.* Obſecro te num abſque potu cibóque? *Gal.* Maximè; nihil enim iſtis rebus opus, niſi corpori duntaxat. *Mic.* Illud igitur prius dicito, ea quæ ad Trojam geſta ſunt, num ita ſe habent, qualia fuiſſe dixit Homerus? *Gal.* Quinam ille ſcire potuiſſet, Micylle, qui quidem, dum iſta gerebantur,

50 *Formica Indica.*] De quâ Propert. lib. 3. eleg. 14.

Inda cavis aurum mittit formica metallis.

Et mira de eadem narrat Plinius lib. 11. cap. 31. eſſe colore felium, magnitudine Ægypti luporum, Indos à ſe furantes quod effoderant aurum è cavernis ſollicitatas odore ſequi, & quamvis præ velocibus camelis, fugientes, aſſequi etiam & lacerare. Huic non multum abſimile narrat etiam Herodotus in Thalia.

51 *Jam nunc ſuſpendero,* &c.] Expone potiùs, *Jam nunc ſurgens me ſuſpendam.*

52 *In qua nunc ſtas, &c.*] Non malè etſi Græcè ſit ἕστηκας; nam Latini, cùm nondum finita ſit actio, uſurpant ſæpe tempus præſens pro præterito. Ut Terent. And. a. 4. ſ. 1. *parum ſucceſſit quod ago,* i. e. *quod egi, & adhuc ago.*

53 *A Menelao necatus.*] Prælium inter *Euphorbum* & *Menelaum* deſcribit Homer. Iliad. 17.

54 *Donec Mneſarchus, &c.*] i. e. Donec Pater *Mneſarchus* me genuit: corpus *domum* vocat. vid. fig. 11.

ipſe

ipſe Camelus erat [55] in Bactris? Cæterùm ego tibi tantum effabor divinitùs, nihil id temporis eximium fuiſſe, neque Ajacem uſque adeò magnum, neque Helenam adeo formoſam, quemadmodum arbitrantur, ſiquidem vidi candidâ quandam, & procerâ cervice, ut hinc [56] Cygno prognatam eſſe adſimularent; cæterùm [57] vehementer anum [58] æqualem propemodum Hecubæ. Hanc Theſeus primùm raptam [59] in Aphidnis poſſedit, is vixit Herculis fermè ætate. Porrò [60] Hercules prius Trojam ceperat patrum noſtrorum memoriâ, qui per id temporis maximè florebant, nam hæc mihi Panthus narravit ſe, cùm eſſet admodum adoleſcens, vidiſſe Herculem.

24. *Mic.* Quid autem Achilles? num talis erat nempe quavis in re præſtantiſſimus? an & iſthæc fabulamenta ſunt? *Gal.* Cùm illo quidem congreſſus non ſum, neque queam adeò compertè de rebus Græcorum dicere; quî etenim ſcire potui cùm hoſtis eſſem? certè Patroclum illius amicum [61] haud ita magno negotio [62] peremi lancea diſſectum. *Mic.* Deinde

55 *In Bactris.*] *Bactra* urbs *Bactrianæ* in Aſia, pingue ſolum & camelis aptum, ſi verum id quod tradit Plinius, ibi tantæ magnitudinis tritici grana fieri, ut ſingula ſpicas noſtras æquent, lib. 18. c. 7.

56 *Cygno prognatam.*] Jove ſcilicet ſub forma cygni. Vide quæ annotata ad *judicium Dearum*, n. 29, & 30.

57 *Vehementer anum.*] Magnum quidem pretium decennalis belli, pellex anus.

58 *Æqualem propemodum Hecubæ.*] i. e. Paridis matri, uxori Priami.

59 *In Aphidnis poſſedit.*] Aphidnæ eſt una Atticarum urbium, quo, cùm eâ Athenis potiri non licuiſſet, Helenam ex Lacedæmone raptam primum portâſſe Theſeum ait Diodor. Sicul. *Bibliothec.* lib. 4. ſed tunc temporis *δεκαέτη τὴν ἡλικίαν*, i. e. *decem annos natam.*

60 *Hercules prius.*] De capta ab Hercule Trojâ, vid. Homer. Iliad. 5. Eo autem tempore regnabat Laomedon, cui proximè ſucceſſit Priamus.

61 *Haud ita magno negotio.*] Nec mirum cùm aggreſſus à tergo. Vide Hom. Iliad. 61. π'. v. 802, & ſequ.

62 *Peremi.*] Non peremiſti, ô bone! vulneraſti tantum Hector peremit. Vide libri prædicti, v. 818, & ſequ.

inde [63] te Menelaus multo minore negotio. Verùm iſtis de rebus ſatis, nunc res Pythagoricas refer.

25. *Gal.* Illud in ſumma, Micylle, ſophiſta quiſpiam eram (oportet enim videlicet fateri verum) alioqui non imperitus, neque inexercitatus in honeſtiſſimis diſciplinis. Profectus ſum autem [64] in Ægyptum, quò cùm prophetis congrederer de ſapientia communicaturus. Hic adyta ſubii, atque ibi [65] Ori & Iſidis libros perdidici. Poſt rurſum in Italiam [66] renavigabam; [67] ac Græcos juxta ea, quæ in Ægypto didiceram, ita inſtitui, ut me perindè ac Deum ſuſpicerent. *Mic.* Inaudieram equidem iſthæc, præterea quemadmodum creditus fueris [68] defunctus in vitam rediiſſe, utque [69] aureum femur illis ſubinde oſtenderis. Verùm illud mihi dicito, quid tibi venit in mentem, ut legem ſtatueres, uti neque carnibus, neque fabis veſcerentur homines? *Gal.* Ne perconteris iſta, Micylle. *Mic.* Quamobrem, ô Galle. *Gal.* Nam pudet hiſce de rebus verum fateri.

63 *Te Menelaus.*] De prælio inter Euphorbum & Menelaum, vide Homer. Iliad. 17. ρ'. in initio.

64 *In Ægyptum.*] Ægyptus in Africa eſt; ad ſeptem oſtia Nili fluvii.

65 *Ori & Iſidis.*] *Orum* aiunt Regem Ægypti fuiſſe, neſcio quot annos ante urbem Romanam conditam. *Iſis* autem eſt Dea ab Ægyptiis culta, eadem ac Io. Gilbertus Cognatus, in ſuis in hunc locum annotationibus, ait *Ori* extare duos libros, eos opinor vult, qui annexi Pieri Valeriani Hieroglyphicis, ſcripti primi fuerunt ab *Oro* iſto, ut ibi vocatur, *Apolline*, in linguâ Ægyptiacâ, in Græcam autem, à neſcio quo Philippo, verſi. *Iſidis* autem librorum meminit Plato in 2 Dialog. de Legumlatione vocatque τῆς Ἴσιδος ποιήματα, τὰ τ̃ πολὺν τοῦτον σεσωσμένα χρόνον μέλη.

66 *Renavigabam,* &c.] Græcè eſt, εἰς Ἰταλίαν ἐκπλεύσας, quod magis ad verbum reddas, *hinc ad Italiam navigans.*

67 *Ac Græcos.*] Græcos eſſe in Italia non mirum videri debet; eam enim partem Italiæ, quæ vocata erat *Magna Græcia,* incolebant olim veteres Græci.

68 *Defunctus in vitam rediiſſe.*] Diog. Laertius ex Hieronymo quodam refert Pythagoram deſcendiſſe εἰς ᾅδου, i. e. *ad inferos*; atque ibi vidiſſe Heſiodi, & Homeri animas neſcio quas pœnas luentes.

69 *Aureum femur.*] De aureo femore Pythagoræ meminit Lucianus in alio Dialogo, cui titulus *Vitarum auctio.* Jamblic. in vit. Pythag. c. 28. nec non & Diog. Laërt. Λέγεται δὲ αὐτοῦ ποτὲ γυμνωθέντος τ̃ μηρὸν ὀφθῆναι χρυσοῦν. Porphyrius ait, id eum oſtendiſſe Abaridi Sacerdoti Apollinis, ante opinanti ipſum eſſe Apollinem, ut eo viſo, pro certo habeat.

 Mic. At-

Mic. Atqui non convenit, uti id facere graveris apud hominem contubernalem, & amicum: nam herum poſthàc abſit ut dixerim.

26. *Gal.* Nihil ſani, neque præclari quicquam erat. Verùm animadvertebam, ſi conſueta modo, atque eadem quæ vulgò traduntur à multis præcepiſſem, non fore, ut mortales in admirationem adducerem; ſed quo peregriniora magíſque aliena propoſuiſſem, futurum, ut hoc magis novus, magíſque viderer admirandus. [70] Proinde inſtitueram in animo novæ quiddam rei deſignare, ejuſmodi propoſito decreto cujus cauſſa eſſet inexplicabilis, quo videlicet aliis aliud conjectantibus omnes redderentur attoniti, quemadmodum in obſcuris oraculis ſolet uſu venire. *Mic.* Illud vide, ut rides me tu quoque non minùs atque [71] Crotoniatas, ac [72] Metaponticos, & [73] Tarentinos, cumque his alios qui muti ſequuntur, tuaque adorant veſtigia, quæ tu calcata reliquiſti, verum ubi Pythagoram exureas, quem poſt eum induiſti? *Gal.* [74] Aſpaſiam Mileтenſem illam meretricem. *Mic.* Papæ! quid ego audio? ſiquidem inter alia mulier quoque fuit Pythagoras? itane fuit aliquando tempus, quo tu, Galle generoſiſſime, ova pariebas, cumque [75] Pericle rem habebas, Aſpaſia cùm eſſes, atque ex illo gravida facta es? prætereà lanam tondebas, tramámque deducebas? poſtremò meretri-

70 *Proinde inſtitueram, &c.*] Quam verſionem Johannes Benedictus ſic emendavit, *Proinde nova comminiſci ſtatueram, eorumque cauſſam ſilentio comprimere.*

71 *Crotoniatas.*] Crotoniatæ populi Italiæ, incolæ *Crotonis* urbis, non procul à Tarento.

72 *Metapontici.*] Incolæ *Metaponti* oppidi in ſinu Tarentino.

73 *Tarentini.*] Incolæ *Tarenti* urbis Italiæ.

74 *Miletenſem.*] Latinis opinor eſſet *Mileſiam.* Miletus autem unde fluxit Mileſia eſt urbs in finibus Ioniæ & Cariæ, ubi habitabat meretrix illa.

74 *Aſpaſia.*] Magnâ propter doctrinam famâ, Sophiſtria, Rhetorices magiſtra, Pericli in ſtudiis dux, poſtea & conjux.

75 *Pericles.*] Vir erat Athenienſis multâ authoritate & eloquentia, de quo & Meretriculâ ſuâ ſi plura vis, vide Ariſtoph. in Acharnenſibus, & Plutarchum in vita Periclis.

cum

cum in morem geſtiebas, vultúmque componebas? *Gal.* Iſta quidem omnia feci tametſi non ego ſolus, verum & ante me tum [76] Tireſias, tum [77] Elati proles [78] Cæneus, proindè quicquid in me convitii dixeris, tantundem & in illos dixeris.

27. *Mic* Age igitur utra tibi vita erat ſuavior, cum vir eſſes; an cùm Pericles tecum haberet conſuetudinem? *Gal.* Vides cujuſmodi iſtuc eſt quod percontaris? nempe cui ne [79] Tireſiæ quidem expedierit reſpondere. *Mic.* Atqui ſi minùs tu fateare, tamen iſtud [80] Euripides ſatis explicuit, cùm ait ſe malle ter ſub clypeo conſiſtere, quàm parere ſemel. *Gal.* Imò præmoneo te paulò pòſt puerperam fore, ſiquidem & tu mulier es olim futurus, idque ſæpiùs longo nimirùm ſeculorum orbe, atque recurſu. *Mic.* Non tu pendebis, ô Galle, qui quidem omnes mortales Mileſios aut Samios eſſe ducas? nam aiunt te etiam, tum cùm Pythagoras eſſes, [81] venuſtâ formâ decorum, ſæpius Aſpaſiam fuiſſe tyranno. Verùm age [82] ſecundum Aſpaſiam, in quem virum

76 *Tireſias.*] Rex Thebanus, primo vir erat, at percuſſis anguibus duobus, quos videbat coeuntes, ſtatim de viro factus erat femina; poſt annos autem ſeptem, iiſdem anguibus viſis, & eodem modo percuſſis,

Forma prior rediit, genitivaque venit imago.

ut Ovidius loquitur, lib. 3. Metam. fab. 4. *v.* 331.

77 *Elati proles.*] Elatus rex erat Lapitharum.

78 *Cæneus.*] Natus erat femina, à Neptuno autem cùm paſſa eſſet vim, promittente Deo ipſi concedi quodcunque vellet, rogabat, ut femina eſſe deſineret, & facta erat vir non ſolum fortis, ſed etiam invulnerabilis. Vid. Anton. liberal. Metam. c. 16.

79 *Ne Tireſiæ expediret.*] Rectè quidem, nam in certamine de hac inter Jovem & Junonem Tireſias vocatus arbiter, quoniam in ferendâ ſententiâ diſplicuit Junoni, privatus erat oculis. Vide Ovid. lib. 3. Metam. fab. 4. *v.* 335.

80 *Euripides,* &c.] Verba ſunt Medeæ apud Euripidem in Tragœdia illa, cui titulus *Medea,* non procul ab initio, ſed nonnihil mutata, ibi enim ſic ſe habent,

——ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

81 *Venuſtâ formâ decorum.*] Diog. Laert in vitâ Pythag. καὶ γὰρ σεμνοπρεπέστατος λέγεται, γενέσθαι, i. e. dicitur formâ fuiſſe, *adeò honeſta, adeò venuſta, ut nihil ſupra.*

82 *Secundum Aſpaſiam.*] i. e. Poſt Aſpaſiam nullo interveniente. De Aſpaſiâ autem qualis erat. Vid. ſup. n. 74.

aut mulierem denuò renatus es? *Gal.* In [83] Cratem Cynicum. *Mic.* O Caſtor, & ô Pollux, [84] quam diſſimile! ex ſcorto philoſophus? *Gal.* Deinde rex, deinde pauper, paulò pòſt Satrapes, dehinc equus, graculus, rana, aliáque innumerabilia, perlongum enim fuerit ſingula recenſere, poſtremò Gallus: atque id ſæpius, nam hoc vitæ genere ſum delectatus.

28. Intereà & aliis diverſis mortalibus ſervivi, regibus, pauperibus, divitibus, poſtremò nunc tecum vivo, rideóque quotidiè, cùm video te paupertatis tædio complorantem, ejulantémque, ac divitum admirantem fortunas, propter eà quod ignores, quantum illis adſit malorum; alioqui ſi curas nôris, quibus illi diſtringuntur, teipſum profectò riſeris, qui anteà credideris eum, qui ſit opulentus, ſtatum feliciſſimum eſſe omnium. *Mic.* Ergo Pythagora, aut [85] quòd maximè gaudeas appellari, ne confundam orationem, ſi te nunc hoc, nunc illo nomine compellem. *Gal.* Nihil intererit ſive Euphorbum, ſive Pythagoram, ſive vocaris Aſpaſiam, ſive Cratem: quandoquidem iſta omnia ſum ùnus, niſi quod rectiùs feceris, ſi (id quod [86] impræſentiarum eſſe videor) Gallum me voces, ne avem hanc parvi ducere, contemneréque videare: præſertim cùm tam multas contineat animas.

83 *In Cratem Cynicum.*] Hic autem erat Diogenis diſcipulus, domo Thebanus, qui dicitur à Philoſtrato in vitâ Apoll. pecuniam ſuam in mare projeciſſe. Alii autem tradunt apud Trapezitam aliquem, depoſuiſſe hâc ſcilicet lege, ut filiis ſuis, nam & hic canis maritus erat, ſi indocti & idiotæ eſſent, redderet, ſin fierent Philoſophi, ſibi ſervaret.

84 *Quam diſſimile! ex ſcorto philoſophus.*] Non adeò diſſimile, nam ſcortum erat philoſophicum. Vide ſupra, n. 74.

85 *Quod maximè gaudeas, &c.*] malo dicere *quodcunque* loco *quod.*

86 *Impræſentiarum.*] Sæpiùs huic vocabulo invidi honorem, quem ei tribuunt Academici Cantabrigienſes: apud quos raró auditur oratio, cui alicubi quaſi purpureus eſſet pannus non inſeritur; implet quidem, os, & emiſſum ſpiritu forti, haud parum iis commodare poteſt, qui nugas ſonoras venditant. Cicero & Cæſar puritatis Latini ſermonis ſemper obſervantiſſimi pro eo dicunt, *in præſentia,* aut *in præſens.*

26. *Mic.* Ergo Galle, quandoquidem omnia penè vivendi genera jam expertus es, atque omnia cognita habes, age dilucidè, mihi narrato, quæ ſint peculiaria divitum ad vitæ rationem, quæ pauperum propria, quo videlicet cognoſcam, veréne iſthuc affirmes me divitibus eſſe feliciorem. *Gal.* En hunc ad modum interim perpende, Micylle; te quidem non magnoperè tangit cura belli, ſi quando rumor ſit adventare hoſtes, neque ſollicitus es, ne in agros incurſantes populentur, neve hortum proculcent, proterántque, aut vineas vaſtent; ſed ſimul atque turbam audieris, ſi tamen audieris, de teipſo uno circumſpectas quo deflexus ſervari queas, ac diſcrimen effugere. Contra illi tum de ſe ſolliciti ſunt, tum animo diſcruciantur, cùm de mœnibus quicquid opum poſſidebant in agris, id omne tolli, deportaríque conſpiciunt. Ac ſive inferendum eſt aliquid in ærarium, ſoli accerſuntur; ſive in prælium exeundum, periclitantur, aut peditum turmis, aut equitum alis præfecti. Tu interim [87] vimineum gerens [87] clypeum expeditus, ac levis ad ſaluti conſulendum, paratus [88] victoriale convivium agere, ſiquando victoriâ potius imperator ſacra fecerit.

30. Rurſum pacis tempore tu quidem cùm de plebe ſis, ingreſſus in concionem, tyrannidem in divites obtines, illi verò trepidant, pavitántque, ac largitionibus,

87 *Clypeum.*] Rectè vertitur ἀσπίδα, *Clypeum*: nam aliud eſt *ſcutum* Græc. θυρεὸς, ita dictum à ſimilitudine τῆς θύρας, i. e. *januæ.* Cùm ἄσπις rotundâ figurâ ſit ad inſtar ἄσπιδος, i. e. *ſerpentis in orbem contracti*; clypeus minor erat & tegebat pectus tantum, ſub ſcuto autem totum corpus latere potuit. Lexicographi ferè has voces confundunt, ſed diſtinguunt qui de veteri armaturâ tractare ſatagunt. Vide περὶ τοῦ θυρεοῦ. Polyb. lib. 6. & περὶ τῆς ἀσπίδος, Schol. in Ariſtoph.

87 *Vimineum.*] Qualis pauperem & militem gregarium decebat; nam Majorum virorum clypei, quos nonnunquam deſcribere adeò laborant Poëtæ, plerumque erant Vulcani opera.

88 *Victoriale convivium.*] Mos erat finitis triumphis victimas offerre, & poſteà epulari. Vide Funger. in voce *Triumphus.*

gitionibus [89] choragiiſque te placant, ſiquidem quo tibi balnea, ludi, ſpectacula, reliquaque id genus abundè ſuppeditent, [90] ea omnia curant illi. At tu cenſor, & acerbus expenſor perindè quaſi dominus ne alloquio quidem interdum dignaris illos, quod ſi tibi collubitum ſit ingentibus ſaxis in illos degrandinas, vel facultates eorum publicas facis. Ipſe neque calumniatorem metuis, neque latronem, ne tollat aurum, vel ædium conſcenſo faſtigio, vel pariete perfoſſo, neque neceſſe habes rationibus occupari, neque exactionibus, neque tibi cùm ſceleratis diſpenſatoribus conflictandum eſt, neque tantas in ſollicitudines diſtraheris.

31. Verùm ſimul atque unam crepidam perfeceris, mercedémque retuleris ſeptem obolos, ſero ſurgis crepuſculo, & ſi libuerit lavaris: tum empto [91] Saperdâ quopiam, aut [92] mænide piſciculo, aut paucis cœparum capitulis, temet ipſe oblectas, canens plerumque, optimâque cùm paupertate philoſophans; adeò ut eas ob res ſalubri ſis valentique corpore, obduruerisque adverſus gelu. Siquidem labores, qui te exacuunt muniuntque, certatorem haudquaquam contemnendum reddunt adverſum eas res, quæ compluribus inexpugnabiles eſſe videntur. Atque hinc nullus ex morbis illis gravioribus impetit te, quod ſiquando levis cœperit febricula, paulo negotio eam medicatus, protinùs exilis, inedia excutiens, illa porrò fugit illicò, quippe metuens te, quem videat etiam frigore ali, ſaturumque fieri, ac medicorum illis recurſibus longùm plorare renunciantem.

89 *Choragiis.*] Nihil eſt in Græco textu, quod huic vocabulo reſpondeat, ideò negligas.

90 *Ea omnia curant illi.*] Melius Benedictus, *Aliaque omnia tibi abunde ſuppetant illi operam* dant.

91 *Saperdæ.*] Et Mænides piſces fuerunt vilis pretii, quorum nominibus & Latini & Angli carent; ut apud nos A HERRING nec Græcè, nec Latinè reddi poteſt.

32. At

32. At illi ex adverſo propter intemperantiam vitæ, quid tandem mali non habent infelices? podagras, phthiſes, pulmonum exulcerationes, aquas intercutes, nam hæc omnia à ſumptuoſis illis conviviis naſcuntur, proinde quicunque ex his [92] Icari in morem (ut ferè faciunt) ſeſe attollunt, propiuſque ſe ſoli admovent, haud cogitantes quod alas habent cerâ adglutinatas, ingentem nonnunquam ſtrepitum movent, præcipites in mare cadentes: Cæterùm qui Dædali exemplo non admodùm ſublimia, neque excelſa appetunt, verùm humilia, terræque vicina, adeo ut cera nonnunquam ſalis aſpergine madeſceret, ii tuto plerunque ac citra diſcrimen tranſvolarunt. *Mic.* Moderatos iſtos & cordatos narras.

33. *Gal.* Verùm aliorum, Micylle, naufragia fœdiſſima conſpicias, nempe ubi [93] Crœſus revulſis alis riſum exhiberet Perſis, [93] conſcenſo rogo, aut [94] Dionyſius cùm abdicatus tyrannide Corinthiorum in urbe ludi literarii magiſtrum ageret, poſt geſtum tantum imperium, puellos compellens ut ſyllabas connecterent. *Mic.* Dic mihi, Galle, tu cùm rex eſſes (nam ais te regem quoque fuiſſe) cujuſmodi tandem id vitæ genus experiebaris? Mirum nî tum felix eras, quandoquidem id quod eſt bonorum omnium caput poſſidebas. *Gal.* Ne mihi in memoriam regeras, ô Micylle, uſque adeò ſupra modum infelix tum eram. Quoad quidem res externas, quemadmodum dixiſti, planè fortunatus eſſe videbar; at intùs innumerabilibus curis diſtringebar. *Mic.* Quibus

92 *Icari in morem.*] Quomodo *Icarus* & Dædalus in Creta clauſi conati ſunt alis ſublati Athenas patriam ſuam repetere, oſtendit, Ovid. Metam. lib. 18. *v.* 184.

93 *Crœſus revulſis alis.*] Crœſus Rex erat Lydiæ, revulſæ autem ejus fuerunt alæ, quando regno eum ſpoliaverat Cyrus: quomodo autem conſcenſo rogo ludibrio erat Perſis, id ample narrat Herodotus in Clio.

94 *De Dionyſio.*] Syracuſano exuto imperio, & Corinthi docente pueros. Vide Juſtin. lib. 21. c. 5.

tandem

tandem curis? nam rem prorſus abſurdam, neque credibilem narras. *Gal.* Imperabam equidem regioni neutiquam exiguæ, Micylle, omnigenarum rerum feraci, tum incolarum frequentiâ, neque non urbium pulchritudine cùm primis admirandæ, præterea fluminibus navigabilibus, ac mari portuoſo commodæ.

34. Ad hæc exercitus ingens, equitatus inſtructus, ſatellitium haud exiguum, triremes, pecuniarum vis major quam ut poſſit numerari, vaſorum aureorum plurima copia, reliquaque omnis principatus tragœdia, ſupra quam credi potuit ingens. Cùm itaque prodirem, plerique adorabant, Deum quempiam intueri ſe rati, aliique trudentes alios concurrebant, quo me conſpicerent, nonnulli conſcenſis tectis magni æſtimabant, ſi plenè contemplari licuiſſet quadrigam, ſtragulam, diadema, tum anteambulones, & eos qui à tergo comitabantur. Ego inter hæc mihi conſcius, quantæ me res diſcruciarent, verſaréntque, illos quidem propter inſcitiam veniâ dignos judicabam: at mei ipſius miſereſcebat, qui prægrandibus illis [95] Coloſſis viderer perſimilis, qualis vel [96] Phidias, vel Myron, vel Praxiteles fabricatus eſt, illorum etenim quiſque quoad ea, quæ foris apparent, Neptunus ipſe eſt, aut Jupiter, mirificè decorus auro, eboréque compactus, & aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem dextrâ tenens. Cæterùm ſi immiſſo, capite, quæ ſunt intùs, inſpicias, videbis vectes quoſdam, paxillos, & clavos introrſum prominentes, neque non vimina, cuneóſque, &

95 *Coloſſis.*] Coloſſi ſunt ſtatuæ vel imagines hominum ſupra modum magnæ, & quæ uno oculorum aſpectu videri nequeant, ἀπὸ τοῦ κολούειν τὰ ὄσσα, i.e. *à detruncando oculos.*

96 *Phidias.*] Athenienſis erat *Phidias*, ante omnes arte ſtatuaria peritus, propter Jovem Olympium ebore factum egregie nobilis; neminem eum æmulari, ait Plinius, lib. 34. c. 8. quem etiam ibidem videas de Myrone & Praxitele ejuſdem etiam artis callentiſſimus.

picem

picem ſublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinſecus inhabitantem. Omitto recenſere muſcarum, muſtelarúmque vim, quæ nonnunquam in eis manſitant, hujuſmodi quædam res etiam regnum eſſe videtur.

Mic Nondum explicuiſti lutum, & clavos, & vectes quinam fuerint in imperio, neque fœditatem illam plurimam quænam ſit, nam iſtum ad modum vectari, tam multis imperare mortalibus, ac numinis inſtar adorari, hactenus quidem cùm Coloſſi exemplo quadrat, ſiquidem hoc quoque divinum quiddam eſt. Nunc autem quæ ſunt intra Coloſſum exponito. *Gal* Quid primo loco tibi referam, Micylle, utrum metas, curas mordaces, ſuſpiciones, odium, quo regem perſequuntur ii, qui cùm illo vivunt, inſidias atque eas ob res ſomnum rarum, & hunc ipſum pertenuem, ac plena tumultus inſomnia, cogitationes perplexas, ſpes ſemper improbas, an otii penuriam, & occupationes, judicia, expeditiones, edicta, fœdera, conſultationes? quibus rebus fit, ut ne per ſomnium quidem aliquâ re ſuavi frui liceat; verum ut omnibus de rebus ſolus diſpiciat neceſſe eſt, milléque negotia ſuſtineat.

Quippe nec Atridem Agamemnona dulcis habebat
Somnus, multigenas verſantem pectore curas.

Idque cùm reliqui omnes Achivi ſterterent.

36. Adde quòd [97] Lydum illum diſcruciat filius mutus, [98] Perſam vero Clearchus ad Cyrum deſciſ-

97 *Lydum illum.*] i. e. Crœſum, qui filium habebat mutum; de patris autem ſalute adeo ſollicitum, ut quando Perſam quendam in eum, quaſi eſſet occiſurus, ruentem videret, rupto linguæ ligamine, exclamaret ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον. Vide Herod. Clio & Solin. c. 7.

98. *Perſam.*] Intelligit *Arſacen*, ſive *Artaxerxen*, *Perſarum* Regem, quando contra Cyrum fratrem bellum gerebat, ad cujus partes deſcivit Clerachus Græcorum dux. Vide Photium in excerptis ſuis ex Cteſiæ Perſicis.

cens, atque [99] alium quempiam Dion cùm Syracuſanis nonnullis ad aurem communicans: [1] rurſum alium quendam urit Parmenion collaudatus, item [2] Perdiccam Ptolemæus, [3] Ptolemæum Seleucus: quin illa quoque moleſtiam adferunt, amaſius per vim [4] *non ſponte* convivens, concubina alio gaudens, tum ſi qui defectionem parare dicantur, aut duo quatuórve Satellites inter ſe conſuſurrantes. Porrò (quod eſt omnium graviſſimum) amiciſſimi quique vel maximè ſunt formidandi, ſempérque metuendum, ne quid magni mali ab illis exoriatur; nam alius à filio veneno necatus eſt, alius item ab amaſio, alium ſimile quoddam ſortaſſis mortis genus eripuit.

Mic. Apageſis, atrocia miráque ſunt iſta, quæ narras, ô Galle, mihi igitur multo ſit tutius operæ cerdonicæ pronum incumbere, quàm ex aureâ bibere phialâ comitèr delatum hauſtum, *cæterum* cicutâ, aconitóque temperatum. Nam mihi quidem hoc unum eſt periculi, ut ſi paulùm aberret ſmilion, deflectatque à rectâ inciſione, ſummum ſecantis digitum exiguo ſanguine tingat; at iſti, quemadmodum narras, letifera agunt convivia, atque id innumerabilibus in malis conſtituti; deinde, ubi conciderint, perſimiles eſſe videntur tragœdiarum hiſtrionibus:

99 *Alium quempiam.*] Scilicet Dionyſium Tyrannum, contra quem excitavit Dion Syracuſanos. Vide Diod. Sic. Biblioth. lib. 16.

1 *Rurſum alium quendam.*] i. e. Alexandrum, qui Parmenionem à militibus dilectum trucidari juſſit. Vide Curt. lib. 7. cap. 2. & Diod. Sicul. Biblioth. lib. 17.

2 *Perdiccam Ptolemæus.*] Perdiccas gente erat Macedo; in bellis, quæ cùm variis gentibus geſſit, Alexandro comes, ei moribundus tradidit Alexander annulum, quo notum eſſe voluit, ſe eum ſibi in regno deſignaſſe ſucceſſorem. Sed obſtitit Ptolemæus. Vide Curt. lib. 10. c. 6. & Diodor. Sicul. lib. 18.

3. *Ptolemæum Seleucus.*] Non eundem Ptolemæum; nam *Ptolemæus Lagus* erat, qui Perdiccæ moleſtiam creavit; cui autem Seleucus, Ptolemæus Ceraunius. Vide Juſtin. lib. 27. c. 2.

4 *Non ſponte.*] Non opus eſt his vocibus, niſi ut planius appareat ſenſus, nihil enim habet textus Græcus, cui reſpondeant.

nam multi, ſicut videre licet, quoad [5] Cecropes ſunt ſcilicet, aut Siſyphi, aut Telephi, diademata geſtant argenteíſque capulis gladios, comamque ventilantem, & auro intertextam chlamydem. Quod ſiquis (qualia nimirùm permulta ſolent accidere) impulſos illos media [6] in ſcena præcipites det, riſum profectò moveant ſpectatoribus, videlicet perſonâ una cum ipſo diademate contritâ; verò autem actoris capite [7] luxato, cruribuſque maximâ ex parte renudatis: ut jam interioris amictus, quam miſeri ſint panni fiat perſpicuum, ac cothurnorum, quos pedibus induxerunt, appareat deformitas haudquaquam ad pedis modum reſpondentium?

38. Vide ut me jam ſimilitudines conferre docueris, optime Galle, cæterùm tyrannis talis quædam res tibi viſa eſt eſſe. Verùm ubi equus eſſes, aut canis, aut piſcis, aut rana, quomodo eam vitæ rationem ferebas? *Gal.* Iſtum [8] quem nunc ſuſcitas ſermonem & longior ſit, neque hujus temporis; illud autem unum in genere dixerim, nullam ex omnibus vitam mihi non viſam tranquilliorem vita humanâ, naturalibus duntaxat cupiditatibus, & uſibus circumſcriptam. Siquidem publicanum equum, aut ſycophantam ranam, aut ſophiſtam graculum, aut propinatorem culicem, aut cinædum gallum, atque id genus alia quæ vos ſtudio comminiſcimini; haudquaquam inter illos videbis. *Mic.* Quæ dicis, ô Galle, fortaſſis vera ſunt.

39. Verùm non pudet me apud te fateri id, quod mihi accidit: [9] haudquaquam quivi dediſcere cupiditatem

5. *Cecropes, &c.*] Omnes Reges. *Cecrops* Athenis, *Siſyphus* Corinthi, *Telephus* Myſiæ.

6 *Impulſos illos, &c.*] Melius reddidit προσκρούσας Benedictus unâ voce *impingens*.

7 *Luxato.*] Expreſſius Benedictus *cruentato*.

8 *Quem nunc, &c.*] Ad verbum, *Longum talem excitas ſermonem, neque hujus præſentis temporis.*

9 *Haudquaquam quivi.*] Magis ad verbum *nondum poſſum.*

tatem illam à puero mihi inſitam, videlicet, ut dives evadam. Quin nunc quoque ſomnium illud ob oculos verſatur aurum oſtentans. Potiſſimum autem ſceleſtus ille Simon excruciat, qui quidem tantas inter opes delicietur. *Gal.* At ego te iſtoc levabo morbo, Micylle, [10] tametſi nox [10] etiamnum eſt, Surge modo, ac ſequere me ; ſiquidem ad ipſum te Simonem adducam, atque in aliorum divitum ædes, quo nimirum videas, quomodo res habeant apud illos.

40. *Mic.* Iſthuc quo pacto clauſis foribus ? num me parietes transfodere compelles ? *Gal.* Nequaquam, verùm Mercurius, cui ſum ſacer, hoc optanti mihi largitus eſt, ut ſiquis longiſſimam caudæ plumam, quæ ob mollitiem inflectitur. *Mic.* Atqui duas habes ejuſmodi. *Gal.* At dextram ex his avulſam cuicunque ego geſtandam dedero, is quoad voluero fores omnes poterit aperire, cunctaque videre ipſe inviſibilis. *Mic.* Ignorabam equidem, ô Galle, te præſtigiarum quoque peritum eſſe, porrò ſi mihi ſemel iſthuc præſtiteris, videbis illicò Simonis univerſas opes huc deportatas, nam eas huc rediens transferam. At ille rurſus circumrodet, ebibétque putria coria, quibus conſuevit ſoleas compingere. *Gal.* Atqui ne fas ſit iſthuc facere ; ſiquidem Mercurius illud mihi mandavit, ut ſiquis pennam tenens iſtiuſmodi quippiam patrârit, vociferans furem proderem.

41. *Mic.* Rem neutiquam veriſimilem narras, nempe Mercurium, [11] cùm ipſe ſit ſur, non ſinere alios, ut idem faciant. Sed tamen abeamus, nam aurum auferam ſi modò poſſim. *Gal.* Pennam priùs revellito, quid hoc rei ? ambas revulſiſti. *Mic.* Tutius

10. *Tametſi.*] Melius, *& quoniam :* vel ut Benedict. *& ſiquidem.*

10 *Etiamnum.*] i. e. *Jam adhuc.*

11 *Cùm ipſe ſit fur.*] Vide Hymnum Homeri in Mercurium, & etiam Horatii Carm. lib. 1. Od. 11.

hoc

hoc quidem, ô Galle, tum tibi minùs fœdum ſit futurum, ne alterâ caudæ parte mutilatus claudices. *Gal.* Age ſanè, ſed utrum Simonem priùs adimus an alium quempiam divitem? *Mic.* Haud aliò, imò ad Simonem, qui videlicet pro [12] diſſyllabo tetraſyllabus eſſe affectet, poſteaquam dives evaſit; ſed jam ad fores acceſſimus. Quid igitur deinceps facio?

42. *Gal.* Pennam ſeræ admove. *Mic.* Ecce autem dii boni, oſtium perinde atque clavi reſiliit. *Gal.* Perge porrò præcedens, vides illum vigilantem ac ſupputantem? *Mic.* Video per Jovem, & quidem ad obſcuram ſiticuloſamque lucernulam, præterea pallet, haud ſcio unde, Galle, totúſque exaruit, atque extenuatus eſt, mirum ni curis; neque enim auditum eſt illum alioqui male habere. *Gal.* Auſculta quid dicat, ſiquidem intelliges quibus de cauſſis ad eum modum ſit affectus. *Simon.* Nimirum ſeptuaginta illa talenta tuto admodùm ſub lectica defoſſa ſunt, neque quiſquam alius omnino vidit, at vero ſedecim illa Soſylus equiſo vidit me ſub præſepi occultantem, itaque de curando ſtabulo non eſt admodum ſollicitus, quanquam nec aliàs admodum laboris appetens; veriſimile eſt autem illum multo etiam his plura ſuſtuliſſe, nam undè alioqui Tibius heri tam ingens ſalſamentum illi opſonio propoſuiſſet? tum autem aiunt illum [13] monile emiſſe uxori [14] drachmis quinque. Heu miſero mihi, hi omnia

12 *Pro diſſyllabo tetraſyllabus, &c.*] i.e. *Simonides* pro *Simo.* Vide ſupra n. 45. Cinnamus apud Martialem pro triſſyllabo voluit diſſyllabon. *Cinnam, Cinname, te jubes vocari*, l. 6. ep. 17.

13 *Monile.*] Ἐλλόβιον rectius redditur *inauris*, quam *monile*; eſt enim ornamentum quod inſeritur τοῖς λοβοῖς τῶν ὤτων. i.e. imis partibus aurium, *monile* autem eſt colli proprium.

Dat gemmas digitis, dat longa monilia collo.

Ovid. Metam. lib. 10.

14 *Drachmis quinque.*] Duplex erat drachma, altera *Attica*, altera *Æginea*, cujus valorem ad amuſſim dare, multi fortaſſe erit laboris, pretii non multi, quantum autem conjicere licet, *drachma Attica* noſtræ monetæ valebat 7 d. Æginea autem 1 s.

mea diſſipabunt bona, quid quòd ne pocula quidem ſat in tuto mihi recondita ſunt, cum ſint multa? vereor enim ne quis ea ſuffoſſo pariete tollat. Complures mihi invident, atque inſidias parant, præter cæteros autem Micyllus iſte vicinus.

43. *Mic.* Ita per Jovem, nam tibi ſum ſimilis, ac patellas ſub ala geſto. *Gal.* Tace, Micylle, ne protinus ipſe in furto nos prodas. *Si.* Optimum igitur fuerit, ut ipſe inſomnis ſervem. Omnem obibo domum in orbem obambulans. Quis iſte? video te per Jovem, ô parietum perfoſſor; poſteaquam es columna, benè res ſe habet. Pernumerabo denuò refoſſum argentum, ne quid forte dudum me fugerit. En rurſum obſtrepuit mihi neſcio quis: nimirum obſideor, atque inſidiis appetor ab omnibus: ubi mihi gladius? ſi quemquam deprehendero. Rurſum aurum defodiamus.

44. *Gal.* Sic tibi habent, ô Micylle, res Simonis, ſed abeamus ad alium quempiam donec noctis adhuc aliquantulum ſupereſt. *Mic.* O miſer, ejuſmodi vivit vitam! hoſtibus eveniat ad hunc modum divites eſſe; itaque pugno in maxillam illi illiſo volo diſcedere. *Simon.* Quis me pulſavit? latrocinio deſpolior miſer. *Mic.* Plora ac vigila, auríque ſimilis reddaris corpore; quandoquidem illi affixus dedi-túſque es.

45. Nos autem ſi videtur Gniphonem fœneratorem viſamus; nam nec is procul hinc habitat: ipſæ nobis ſuâpte ſponte fores patuerunt. *Gal.* Vides hunc quoque curis invigilantem, & uſurarum rationes iterantem digitis contortis? cui prope diem relictis his omnibus ſit in [15] Silpham, aut culicem, aut muſcam abeundum. *Mic.* Video equidem miſerum

15 *In Silpham.*] *Silpha* idem ac *blatta* Budæo, Teſte Stephano.

ac

ac vecordem hominem ne nunc quidem multo meliorem vivere vitam quam ſilphæ aut culicis, adeo totus & hic à curis & rationibus eſt extenuatus.

46. Nunc ad alium eamus. *Gal.* Ad tuum, ſi videtur, Eucratem, en tibi fores per ſe patuere, quin introimus? *Mic.* Paulò ante hæc omnia mea erant. *Gal.* At etiam nunc tu divitias ſomnias? vides igitur Eucratem, ipſum quidem [16] à famulo, virum natu grandem. *Mic.* Video profectò quiddam haudquaquam virile, porrò alterâ ex parte ipſam item uxorem à coquo conſtuprari. *Gal.* Quid ergo? num optaris & horum hæres exiſtere, *Micylle*, cunctáque poſſidere quæ ſunt Eucratis? *Mic.* Haudquaquam, Galle, imò fame citiùs interirem, quàm id genus quippiam patrarem: valeant aurum & convivia, duo oboli mihi potiores divitiæ ſunt, quàm ſi à domeſticis mihi domus perfodiatur. *Gal.* Sed jam nunc quandoquidem dies fermè diluxit, domum ad nos redeamus, reliqua rurſus aliàs videbis, Micylle.

16 *A famulo.*] Modeſta Elleipſis.

DIALOG. XX.

Luciani Vitarum [1] Auctio, *ad* Johannis Benedicti *Exemplar.*

1. *Jup.* TU quidem compone ſcamna, & locum advenientibus adorna; tu verò ſiſte vitas ordine adductas. Verùm eas priùs exorna, ut

1 *Auctio.*] *Auctio* eſt venditio quædam in publico ac celebri loco, qualis conclamatur apud Plautum, Menech. act. 5. ſc. ult. Dicitur autem *auctio* ab augendo pretium, nam merx traditur plus offerenti.

formoſæ

formoſæ appareant, & quamplurimos alliciant. Tu autem Mercuri, quod felix fauſtúmque ſit, proclama, & emptores, ut jam ad forum adſint, convoca. Philoſophicas autem omnes generis, & variarum ſectarum vitas proclamabimus. Quòd ſi quis præſentes pecunias numerare nequeat, is dato ſponſore ſequenti anno ſolvet. *Mer.* Multi conveniunt: Itaque nec differre, nec diu ipſos detinere par eſt. *Jup.* Vendamus igitur. *Mer.* Quem vis ut primum producamus? *Jup.* Ionicum illum [2] comatum: gravitatem enim quandam præ ſe fert. *Mer.* Heus tu Pythagorice deſcende, téque his qui ſunt congregati conſpiciendum præbe. *Jup.* Proclama. *Mer.* Optimam vitam vendo, & maximè venerandam: quis emet? quis homine [3] major eſſe vult? quis cupit [4] univerſitatis [5] harmoniam nôſſe, & [6] reviviſcere? *Mercat.* Formâ certè non eſt illiberali: verùm quid potiſſimum ſcit? *Mer.* [7] Arithmeticam, Aſtronomiam, [8] Prodigiorum ſcientiam, [7] Geometriam, [7] Muſicam, 9. Præſti-

2 *Comatum.*] Sic ἐν παροιμίᾳ vocabatur Pythagoras ὁ ἐν Σάμῳ κομήτης, Jamblic. lib. 1. p. 31.

3 *Homine major.*] Pythagoram divino ſoli honore à nonnullis, credi eſſe Apollinem; aut quendam è Geniis, qui Lunam habitant: & cùm Deus reverâ eſſet, veniſſe autem in humanâ formâ, notum eſt ex Jamblico.

4 *Univerſitatis.*] i. e. *Mundi*, nam Pythagoras docuit καθ' ἁρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα ut Laertius affirmat, i. e. *per harmoniam conſtare omnia*, i. e. *totum mundum*; & Cicero in 3. de natura Deor. affirmat Pythagoram exiſtimaſſe *ad harmoniam Mundum canere.*

5 *Harmoniam.*] Vox ſatis Latina, ſed Græca origine ab ἄρω, apto, & ſignificat idem ac ἁρμός *apta commiſſura.* Ad Muſicam autem tranſlata eſt *concentus*, *conſonantia*, aut *correſpondens proportio vocum diſſimilium*, ut Scaliger exponit l. 1. Poët. c. 1.

6 *Reviviſcere.*] In alio ſcilicet corpore, nam migrationem è corpore in corpus, quam Græci vocant μετεμψύχωσιν, vel potius μετασωμάτωσιν, eſſe Pythagoræ doctrinam, res vel lippis nota.

7 *Arithmet. Geomet. Muſic.*] Summum in his fuiſſe Pythagoram, notavit in vita ejus Jamblicus, c. 5, & 25.

8 *Prodigiorum ſcientiam.*] Græcè eſt τερατείαν, quam Suidas exponit ψευδολογίαν, παραδοξολογίαν, i. e. *mendacium* & *falſiloquium.* Intellige vero, aut de iis quæ ipſe docuit, ſcilicet, quod ſæpe erat mutatus; prius vixit in Æthalide, Euphorbo, &c. aut de iis quæ de illo dicuntur,

[9] Præſtigiarum artem: [10] vatem ſummum vides. *Mer.* Licétne ipſum interrogare? *Mer.* Quod fauſtum ſit interroga.

2. *Merc.* Cujas es tu? *Pyth.* [11] Samius. *Mercat.* Ubi verò inſtitutus es? *Pyth.* [12] In Ægypto apud ſapientes qui illic ſunt. *Mercat.* Age verò, ſi te emam, quid me docebis? *Pyth.* Nihil equidem te docebo, ſed [13] commonefaciam. *Mercat.* Quomodo commonefacies? *Pyth.* Primùm animam tuam puram faciam à ſordibus quibus eſt immerſa, [14] repurgans eam. *Mercat.* Atqui finge me jam purum eſſe: quis erit commonefaciendi modus? *Pyth.* Primùm quidem longa quies, & taciturnitas, & [15] quinquennale ſilentium. *Mercat.* Ergo bone vir, tibi [16] Crœſi filius eſt erudiendus: ego enim loquax, non ſtatua eſſe volo. Verùm quid poſt illud ſilentium, & quinquennium

cuntur, ſuſurrando nempe in aurem bovis docuiſſe eum abſtinere à fabis: Aquilam ad ſe vocaſſe, quæ forte, dum de auguriis diſſerebat, tranſvolârat, & poſtquam manu demulſiſſet, iterum demiſiſſe. De quibus vid. Jambl. in vit. Pythag. lib. 1. c. 13.

9 *Præſtigiarum artem.*] Græcè γοητείαν, à γόης γόητος, quod Suidas interpretatur κόλαξ, περίεργος, πλάνος, ἀπατεών, *aſſentator, ardelio, impoſtor, fallax.* Qualem τερατουργόν fuiſſe Pythagoram affirmat, Lucian. Dialog. 19. negat Jamblicus in vita ejus cap. 31.

10 *Vatem ſummum.*] Imo ſuperiorem Apolline, inde enim dicitur habere nomen, ὅτι ἀγορεύει ἀληθέστερα ἐστὶ, ἢ ἃ λέγει Πύθιος, i. e. *quoniam quæ loquitur veriora ſunt quam quæ dicit Apollo.*

11 *Samius.*] quicquid eum facit de ſe reſpondere Lucianus, non tamen inter omnes convenit Pythagoram eſſe *Samium*; ſunt enim qui contendunt eum fuiſſe *Etruſcum*, & in *Etruria* etiam natùm, ſive quod idem eſt, *Tyrrhenum*. Vide *Plut.* ſympoſ. quæſt. 7. lib. 7. & Theodoret. de Fide; qui ait etiam eum Tyrium à Neanthe dici.

12 *In Ægypto.*] Id teſtatur Jamblicus, atque inde didiciſſe Aſtronomiam, & Geometriam.

13 *Commonefaciam.*] Vide quæ diximus ad ἀναμνήσει in G. T. n. 25.

14 *Repurgans eam.*] Multus erat in purgationibus Pythagoras. Jamblicus ait eum tinctorum more animas præparare.

15 *Quinquennale ſilentium.*] De hòc vide quæ diximus Dial. 19. n. 15, & n. 18.

16 *Crœſi filius.*] Fertur Crœſi filius fuiſſe mutus, at videns aliquando militem quendam in prælio interfecturum Patrem magno nixu rupto linguæ vinculo exclamaſſe, ἄνθρωπε μὴ κτεῖνον Κροῖσον, i. e. ô *Homo ne Crœſum occidito.* Ut docuit nos Agellius, c. 9. lib. 5. ex Herodoti, lib. 1.

fiet?

fiet? *Pyth.* In Muſicâ, & Geometriâ exercebere. *Mercat.* Rem lepidam dicis: ſi priùs quàm ſapiens fiam, citharœdum me eſſe oportet. *Pyth.* Poſt hæc numerandi artem addiſces. *Mercat.* Nunc etiam numerare ſcio. *Pyth.* Quomodo numeras? *Mercat.* Unum, duo, tria, quatuor. *Pyth.* Vides ea eſſe decem, quæ tibi quatuor videntur, & perfectum [17] trigonum, noſtrúmque juramentum. *Mercat.* Per maximum igitur juramentum quatuor, nunquam neque diviniores, neque ſanctiores ſermones audivi.

3. *Pyth.* Poſt hæc vero hoſpes, de terrâ, aëre, aquâ, & igne ſcies, cujuſmodi ſit illis impetus, quam habeant formam, & quomodo moveantur. *Mercat.* Formámne habent ignis, aër, & aqua? *Pyth.* Certè manifeſtam. Neque enim ſine formâ, & ſpecie moveri poſſent; præterea ipſum etiam [18] Deum numerum eſſe, & harmoniam cognoſces. *Mercat.* Mira narras. *Pyth.* Ad hæc quæ dicta ſunt teipſum quoque unum videri, aliúmque conſpici, & alium eſſe ſcies. *Mercat.* Quid ais? alius ſum, & non is qui tecum nunc colloquor? *Pyth.* Nunc quidem ille es, quondam verò [19] in alio corpore, alióque nomine videbaris, & progreſſu temporis [20] iterum in aliud tranſibis. *Mercat.* Hocne dicis? immortalem me fore dum plures in formas mutabor? ſed de his ſatis. Jam quod ad victus rationem attinet, qualis es?

17 *Trigonum, noſtrúmque juramentum.*] De his vide quæ diximus ad Græcum Textum, n. 32.

18 *Deum numerum eſſe & harmoniam.*] Id dixiſſe Pythagoram teſtatur in vita ejus Diogenes Laertius.

19 *In alio corpore alióque nomine.*] primus ſcilicet *Æthalides*, deinde *Euphorbus*, poſtea *Hermotimus*, quarto *Pyrrhus Delius* piſcator, & poſtremo qui nunc eſt *Pythagoras*. Vide Diog. Laert.

20 *Iterum in aliud tranſibis.*] Id nactus erat Pythagoras à patre ſuo Mercurio, quando erat Æthalides, ut anima ſua per quæcunque vellet φυτὰ καὶ ζῶα, i. e. *arbores & animalia* tranſiret, & dum in illis vixit, omnia quæ ipſi contigerant meminerit. Quas autem mutationes poſt vitam defunctam ſubivit Pythagoras, docemur ſupra Dial. 19. Sect. 26.

4. *Pyth.*

4. *Pyth.* [21] Nullum quidem animal edo, ſed reliqua omnia, præter fabas. *Mercat.* Quamobrem odiſti fabas? *Pyth.* Non odi; ſed ſacræ ſunt, & ipſarum natura mirabilis: ac primum, genitales ſunt in totum, & ſi fabam adhuc viridem exueris, videbis eam virilibus membris ſimilem naturam habere. [22] Elixam verò ſi certis noctibus Lunæ expoſueris, ſanguinem facies. Et (quod majus eſt) conſuetum eſt Athenienſibus fabis magiſtratus eligere. *Mercat.* Præclarè & religiosè omnia dixiſti. Verùm te exue: etenim nudum te videre volo. Hercle, [23] femur eſt illi aureum. Deus, non mortalis videtur eſſe. Itaque illum omninò emam. Quanti illum æſtimas? *Mer.* [24] Decem minis. *Mercat.* Tanti acceptum habeo. *Jup.* Scribe nomen emptoris & unde ſit. *Mer.* Italus videtur eſſe, Jupiter, ex iis, qui [25] Crotonem, & Tarentum, ibique ſitam Græciam incolunt. Atqui non unus tantùm, ſed propè trecenti ipſum communiter emerunt. *Jup.* Abducunt.

5. Alium adducamus. *Mer.* Vis ſqualidum illum [26] ex Ponto? *Jup.* Maximè. *Mer.* Heus tu, cui ex humeris pera dependet, accede, & conſeſſum hunc circumeas. Vitam virilem vendo: vitam optimam, & generoſam; vitam liberam; quis emet? *Mer.* Quid dixiſti, præco? tunc liberum hominem vendis? *Mer.* Maximè. *Mercat.* Annon times [27] plagii te

21 *Nullum animal edo, &c.*] Vide ſupra Dial. 19. n. 13.

22 *Elixam verò ſi certis, &c.*] Neſcio quod hic ſibi vult autor noſter, niſi ut redderet Philoſophum ſupra modum ridiculum. Quis enim unquam videbat ex fabis, utut Lunæ expoſitis, ſanguinem fieri?

23 *Femur eſt illi aureum.*] De eo, vide ſupra Dial. 19. n. 69.

24 *Decem minis.*] *Mina* continet monetæ noſtræ, ut aiunt 33 s. 4 d.

25 *Qui Crotonem, &c.*] Magnus inter Crotoniatas & Tarentinos habitus erat Pythagoras, quibuſcum & vixit, & leges tulit. Vide Diog. Laert.

26 *Ex Ponto.*] Pontus regio eſt Aſiæ, ubi regnavit olim Mithridates, ex Sinope ejuſdem regionis oppido ortus Diogenes Cynicus.

27 *Plagii.*] i. e. *Criminis vendendi Hominis liberi.*

accuſet, aut in [28] Areopago tibi litem intendat? *Merc.* Nihil [29] ipſi curæ eſt quòd venditur; omninò enim liberum ſe eſſe putat. *Mercat.* At cui foret uſui hic ſordidus, tamque miſerè affectus? niſi quis foſſorem, & aquæ gerulum facere ipſum velit. *Merc.* Non hoc tantùm: imò ſi ipſum quoque janitorem conſtitueris, ipſo longè fideliore, quam aliis canibus utere: nimirum & [30] ille canis appellatur. *Mercat.* Cujas autem eſt, & quam artem profitetur? *Merc.* Ipſum interroga: ſic enim facere præſtiterit. *Mercat.* Vultum ipſius ſeverum, & triſtem timeo, & ne me accedentem allatret, aut per Jovem mordeat: non vides ut baculum ſuſtulit, & ſupercilia contraxit, & minaci, iracundóque oculo obtuetur. *Mercat.* Ne timeas: [31] cicur enim eſt.

28 *In Areopago.*] i. e. In foro ſive loco judicii apud Athenienſes in *Colle Marti* ſacro. Ἄρη enim Græce eſt *Mars* & πάγος, *collis*, cujus prior ſyllaba corripitur atque ideo dicendum *Areopago* cùm accentu in antepenultima. Quod obiter monuimus, ut obvium eatur eorum inconſulto mori, qui producunt penultimam in errorem forſan ducti autoritate Roberti Stephani, & Calepini, qui producendam affirmant, & quod Auguſtinus de Civitate Dei, lib. 18. cap. 10. interpretatur Ἀρεόπαγον, *Martis pagum*, cujus prior ſyllaba longa eſt. Aliam enim eſſe priorem in πάγος, oſtendit illud unum Iambicum Æſchyli Eumenid.

Πέτρα πάγος τ' Ἄρειος ἐν δὲ ᾧ σέβας.

quod qui recte metiri novit, novit ſpondeum in loco pari nuſquam reperiri. Dicitur autem *Areopagus* ſive *Martis Collis*, quia in eo loco cognitio habita erat de *Martis* homicidio, & cùm cauſa referebatur ad duodecim Deos, ſex eorum ſententiis abſolutus eſt.

29 *Nihil ipſi curæ eſt, &c.*] Quippe qui prius venditus erat, quando à piratis captus deductus erat in Cretam. Quem cùm præco rogaſſet, quid ſciret facere, *Scio*, inquit, *Hominibus imperare.* Et Xeniade prætereunte, extenſo digito, *Huic*, inquit, *me vende. Huic enim opus eſt domino*; emit igitur Xeniades, & ductum ſecum Corinthum præfecit liberis. Vide Laert. in vita Diog.

30 *Et ille canis appellatur.*] Græc. κύων, κυνός, unde Philoſophi *Cynici, i. e. canini*; rogatus autem aliquando, quid faciens ita appellabatur, reſpondebat τοὺς μὲν διδόντας σαίνων, τοὺς δὲ μὴ διδόντας ὑλακτῶν, τοὺς δὲ πονηροὺς δάκνων, i. e. *quod adblandior iis qui dant, eos qui non dant oblatro, malos autem mordeo.* Et alias roganti ποδαπὸς εἴη κύων; i. e. *cujus erat canis?* dixit, πεινῶν Μελιταῖος, χορτασθεὶς δὲ Μολοττικός, i. e. *famelicus Melitenſis, ſatur verò Moloſſus.*

31 *Cicur.*] i. e. *Mitis, Manſuetus.*

6. *Mercat.* Primùm quidem, ô bone, cujus es? *Diog.* Omnis ego ſum ſoli. *Mercat.* Quid ais? *Diog.* [32] Mundi civem vides. *Mercat.* Quem verò imitaris? *Diog.* Herculem. *Mercat.* Cur igitur [33] leoninam pellem non induis? nam [34] baculo quidem illum refers. *Diog.* Hoc palliolum leoninæ pellis loco mihi eſt, & quemadmodum ipſe, adverſus voluptates pugno, [35] non juſſus, ſed ſponte meâ, cum vitam repurgare conſtituerim. *Mercat.* Euge, quàm præclarum inſtitutum! Sed quid te potiſſimum ſcire dicamus? aut quam artem nôſti? *Diog.* Liberos homines facio, & medeor affectibus; in ſummâ, veritatis, & audaciæ in loquendo propheta eſſe volo. *Mercat.* Age propheta, ſi te emero, quâ re me exercebis? *Diog.* Primùm ubi te accepero, & deliciis exuero, inque egeſtatem concluſero, te palliolo amiciam: deinde ad [36] labores compellam: tum humi dormire, aquam bibere: & iis rebus quæ caſu offeruntur veſci faciam: quòd ſi pecunias habes, meo conſilio, eas in mare projicies: [37] nuptias,

32 *Mundi civem vides.*] Refert Plutarchus, in libro περὶ φυγῆς de Socrate, quod dixit ſe neque *Athenienſem*, neque *Græcum*, ſed κόσμιον, i. e. *mundi civem*; idem de Diogene alias dici non memini.

33 *Leoninam pellem.*] Interfecit Hercules Leonem Nemeæum clavo, & pugno, quia pellis Junonis ope nulli ſagittæ erat penetrabilis, & poſtea quo ipſe etiam immunis eſſet ab omni ſagittarum vulnere, eadem ſe involvit; ſic enim apud Pindarum Iſthm. Ὠδ. 6. ἐπῳδ. κωλ. ια. precatur Jovem patrem de Telamonis filio, ut ἄῤῥηκτος ſit φυὰν ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται θηρὸς, ὃν πάμπρωτον ἄθλων κτεῖναί ποτ' ἐν Νεμέᾳ. Vide etiam Hyg. Fab. 30. & Apollodor. lib. 2. cap. 4. ſ. 10.

34 *Baculo enim illum refers.*] Clava Herculis ubique celebrata eſt, de qua vide quæ diximus ad Dial. 16. n. 1. & Διαλ. 16. n. 2. Baculo autem utebatur Diogenes primus cùm infirmus eſſet, poſtea autem ſemper ferebat in urbe, in itinere una cùm pera. Diog. Laert.

35 *Non juſſus.*] Juſſus enim ab Euriſtheo Hercules duodecim confecit labores vide Apollodor. l. 2. c. 4. ſ. 1. erat autem Euryſtheus Rex Græciæ.

36 *Ad labores compellam.*] Ipſe in æſtate in calidam arenam ſe volutabat, in hyeme ſtatuas nive perfuſas complectebatur. Diog. Laert.

37 *Nuptias, liberos, &c.*] Τὰς γυναῖκας τε γάμον μηδὲν ὀνομάζῃ, ἀλλὰ τὸν πείσαντα τῇ πεισάσῃ συνεῖναι. Laert. de Diogene.

liberos,

liberos, patriámque non curabis: ſed tibi nugæ erunt hæc omnia: & relictâ domo paternâ, ſpecum, aut deſertam turriculam, [38] aut dolium inhabitabis, plena lupini & opiſthographis libris pera tibi erit. Hoc modo inſtructus, magno illo rege fœliciorem te prædicabis. Si [39] autem vapules, aut torquearis ab aliquo nihil horum moleſtum eſſe putabis. *Mercat.* Quid dicis? num cœſus non dolebo? neque enim [40] teſtudinis, aut carabi cutem circumfero. *Diog.* Illud Euripidis imitabere, paucis immutatis. *Mercat.* Quale illud eſt? *Diog.* Dolente mente, lingua ſit dolens nihil.

7. Hæc verò in primis adeſſe tibi neceſſe eſt. Oportet, ut ſis impudens, & audax, & omnibus ſine delectu, tam regibus quàm privatis maledicas. Ita enim fiet, ut omnes in te oculos conjiciant, téque fortem eſſe exiſtiment. Barbara quoque vox, & ſonitus abſonus, ac planè ſimilis ſit canino. Intentus ſit vultus: & greſſus, qui talem vultum deceat: in ſummâ belluini, & agreſtes ſint mores omnes: abſint autem verecundia, æquitas, & modeſtia: [41] erubeſcendi etiam facilitatem de facie prorſus abſtergas: loca hominibus frequentiſſima quæras, & in

38 *Aut dolium.*] Diogenes ſcripſit ad amicum quendam, ut ſibi conduceret οἰκίδιον, i. e. *cellulam* vel *caſam*, quod cum ille tardius exſequeretur, dolium, quod in *Metroo* eſt, pro domo habuit Laert. *Metroum* autem eſt templum Phrygiæ Deæ, ſive matris Deorum, ubi leges ponebantur, quod & βουλευτήριον vocatur apud Suidam. Vide Pettit. de legib. Attic. lib. 2. Dolium autem hoc non è ligno ſed è terra tanaci ſive cretâ, Plin lib. 35. c. 12. de quo juvenal. ſi fregeris altera fiet Cras domus, aut eadem plumbo commiſſa manebit. Sat. 14. *v.* 308.

49 *Si autem vapules, &c.*] Fertur de Diogene, quum ad Antiſthenem Athenis veniret, & ſublato baculo à ſe voluerit pellere Antiſthenes, quod inclinato capite dicebat, παῖε· οὐ γὰρ εὑρήσεις οὕτω σκληρὸν ξύλον ὅ με ἀπείρξεις, ἕως ἄν τι φαίνῃ λέγων. i. e. *cæde, non enim baculum ita durum invenies, qui me abs Te quamdiu aliquid dixeris arcere poſſit.*

40 *Teſtudinis & carabi.*] Piſcium, quibus teſtacea pellis pro lorica eſt.

41 *Erubeſcendi facilitatem.*] Aliud ſenſit opinor, quando (ut Laertius refert) videns adoleſcentem rubore perfuſum, dixit θάῤῥει, τοιοῦτόν ἐστι τῆς ἀρετῆς τὸ χρῶμα, i. e. *bono eſto animo, talis eſt virtutis color.*

his ſolus, & ſine ullo commercio eſſe velis, neque amicum, neque hoſpitem adeundo. Nam res iſtiuſmodi hoc imperium diſſolverent; in conſpectu verò omnium ea facias, quæ ne privatim quidem quiſpiam alias facere auſit, & Venerem maximè ridiculam eligas. Denique, ſi tibi videtur, [42] crudo polypo, vel ſepiâ devoratâ mortem oppetas; hæc eſt illa felicitas, quam tibi conciliamus.

8. *Mercat.* Apage, ſceleſta enim, & inhumana dicis. *Diog.* Sed, heus tu, ſanè facillima, & quæ quis nullo negotio aſſequatur. Neque enim ad gloriam conſequendam tibi opus erit eruditione, orationibus, ac nugis. Verùm compendiaria ad illam via eſt; nam etſi plebeius fueris, ſive coriarius, ſive ſalſamentarius, aut faber, aut nummularius; nihil tamen vetat quò minus ſis admirationi, ſi modò adſit [43] impudentia, & audacia, & convitiari egregiè didiceris. *Mercat.* Ad hæc non indigeo tuâ operâ. Forſan autem [44] nauta, vel hortulanus per occaſionem fieri poſſes: idque ſi velit iſte [45] duobus ad ſummum obolis te vendere. *Mer.* Eum accipe; nam ab eo libenter liberabimur, cum nos clamoribus obtundat, prorſuſque omnes contumeliis, & maledictis laceſſat.

9. *Jup.* Alium acceriſe, purpuratum illum, & co-

42 *Polypo vel ſepiâ devoratâ.*] Non multum abſimili naturâ eſt *polypus* à *ſepia*, & ſi à pedum multitudine nactus ſit nomen, *ſepia* etiam *polypus* vocari poteſt, nam non ſecus ac *polypus* octo habet pedes, ut notavit ex Ariſtotele Athenæus. Videtur Lucianus dubitare, *polypum* an *ſepiam*, at aperte Athenæus, Διογένης ὁ κύων ὠμὸν πολύποδα καταφαγὼν ἀπέθανε, Diog. Laertius autem affirmat eum occidiſſe, non ex devorato aut *polypo* aut *ſepia*; ſed ex morſu ejuſdem canis, dum inter mulios dividit *polypum*: alii, ut idem ait, perhibent eum ex ſpiritus retentu ſponte migrâſſe è vitâ.

43 *Si modo adſit impudentia, & audacia.*] Fertur apud Laertium dixiſſe Diogenes παῤῥησίαν εἶναι κάλλιστον ἐν ἀνθρώποις.

44 *Vel nauta vel hortulanus, &c.*] Xeniades autem, qui eum dicitur emiſſe ſupra, n. 29. illum præfecit filiis ſuis, eoſque ille Cynicus, poſt alias diſciplinas, docuit equitare, & arcus tendere, & fundas rotare, atque jaculari.

45 *Duobus obolis.*] Vili pretio, obolus enim noſtræ monetæ eſt 1 d. q.

ronatum [46] Cyrenæum. *Mer.* Agite, animum advortite omnes; hæc res ſumptuoſa eſt, & divitibus indiget; vita hæc jucunda, vita ter beata eſt; quis cupit delicias? quis molliſſimum emet? *Mercat.* Accede tu, & dic quid nôris; emam enim te ſi utilis fueris. *Mer.* Ne obturba ipſum, ô bone, neque interroga: ebrius enim eſt. Itaque non poterit tibi reſpondere, lingua, ut vides, titubans. *Mercat.* Ecquis mentis compos emat tam corruptum, & immodeſtum mancipium? [47] quot unguenta olet! quam lubrico, & errabundo greſſu incedit! ſed dic, Mercuri, quibus artibus ſit præditus, & quænam tractare ſoleat. *Mer.* In ſummâ, [48] convivator eſt, & compotor egregius: & ad laſcivas ſaltationes unà cum tibicinâ exercendas, [49] amatori, & perdito cuipiam hero idoneus. Cæterùm parandorum bellariorum gnarus eſt, & in adornandis eduliis exercitatiſſimus: breviter, voluptatis artifex eſt. Inſtitutus autem eſt Athenis, & [50] Siciliæ tyrannis ſervivit, apud quos in magno pretio fuit. Summa verò propoſiti ipſius eſt, omnia contemnere, omnibus rebus uti, undique voluptatem conquirere. *Mercat.* Tempus eſt aliquem ex divitibus, & pecunioſis iſtis circumſpiciendo quæras. Ego enim emendæ hilari vitæ non ſum idoneus. *Mer.* Iſte, ô Jupiter, quantum apparet, inemptus nobis manebit. *Jup.* Amove illum.

10. Aliúmque adhuc: ac potiùs duos iſtos, ſcilicet ridentem illum [51] Abderitam, & flentem illum

46 *Cyrenæum.*] i. e. Ariſtippum Socratis diſcipulum.

47. *Quot unguenta olet.*.] Sic oſtenditur ab Æaco & Menippo apud inferos in Lucian. Dial. inter Æacum & Menippum.

48. *Convivator.*] Vocabatur à Platone ὀψοφάγος, ut Athenæus refert, lib. 8.

49 *Amatori.*] Λαΐδα [illegible] εἶχε ἑταίραν, Athen. lib. 12.

50 *Siciliæ tyrannis ſervivit.*] Præcipue Dionyſio.

51 *Abderitam.*] i. e. Democritum, ſic dictum à patria Abdera oppido Thraciæ.

52 Ephe-

[52] Epheſium : ſimul enim vendi volunt. *Mer.* Deſcendite in medium. Vitas optimas vendo, omnium ſapientiſſimos proclamo. *Mercat.* O rem contrariam, *Jupiter!* ille quidem perpetuò ridet : hic aliquem videtur lugere : omninò enim plorat. Heus tu, quid hoc ſibi vult, quid rides? *Demo.* Interrogas? quoniam ridicula videntur omnia quæ facitis, ac vos ipſi. *Mercat.* Quid ais? nos omnes irrides, reſque noſtras nihili facis? *De.* Sic eſt. Serium enim nihil ipſis ineſt, ſed inania ſunt omnia quæ facitis; & atomorum concurſio, & infinitio. *M.* Nequaquam, imò tu vanus es revere, & imperitus; ô contumeliam! non deſines ridere?

11. Tu vero quid fles, ô optime? nam tecum colloqui longè, ut puto, melius fuerit. *Heracl.* Exiſtimo enim, ô hoſpes, calamitoſas, & flebiles eſſe res humanas, nihilque ex illis non eſſe fato obnoxitum : eas idcirco miſereor, & lamentor; præſentia autem magni non facio : futura verò planè ærumnoſa fore puto : [53] conflagrationes dico, mundique totius calamitatem : iſta ſunt quæ ego deploro : quodque nihil ſtabile eſt; ſed omnia in [54] cyceonem quodammodò convolvuntur : tum quòd eadem res delectat, & offendit, eſtque cognitio, ignoratio : magnum, parvum : ſursùm deorsùm feruntur omnia, pérque vices in hoc ſeculi ludo mutantur. *Mercat.* Quidnam eſt ſeculum? *Heracl.* Puer ludens, ludens talis, contendens. *Mercat.* Quid verò homines ſunt? *Heracl.* Mortales Dii. *Mercat.* Quid verò Dii? *Heracl.* Immortales homines. *Mercat.* Heus tu ænigmata dicis, an [55] griphos componis? planè

52 *Epheſium.*] i. e. Heraclitum qui natus Epheſi. Epheſus autem Ioniæ urbs.

53 *Conflagrationes.*] Mundum flammis periturum fuiſſe Heracliti ſententiam notavit Plutarchus de *Oracul. defect.* atque idem etiam ſenſiſſe Orpheum & univerſam Stoam, unde vocatur Στωικὴ ἐκπύρωσις.

54 *Cyceonem.*] i. e. *rerum confuſionem* ſive *Chaos.*

55 *An griphos.*] *Griphus* ſermo implicitus & intricatus, qui ut ſolvatur, opus eſt Oedipo.

enim tanquam Apollo, nihil explicas. *Heracl.* Quia nihil vos curo. *Mercat.* Itaque neque quiſquam mentis compos te eſt empturus. *Heracl.* At ego òmnes à pueris plorare jubeo, tam eos qui me emunt, quàm qui non emunt. *Mercat.* Hoc malum ab inſaniâ non diſtat: neutrum horum emam. *Mer.* Inempti etiam hi manent.

12. *Jup.* Alium proclama. *Mer.* Viſne facundum illum Athenienſem? *Jup.* Maximè. *Mer.* Accede tu; vitam bonam, & prudentem proclamamus, quis emet ſanctiſſimum hominem? *Mercat.* Dic mihi, quam potiſſimum artem nóſti? *Soc.* [56] Pæderaſtes ſum, & in rebus quæ ad amorem ſpectant prudens. *Mercat.* Qui ergo te emam? etenim opus habeo pædagogo, cùm mihi ſit puer egregius. *Soc.* At quis magis me idoneus eſſe queat, qui cùm egregio puero verſetur? etenim non ſum amator corporum: animam enim formoſam eſſe duco: & quanquam ſub eodem palliolo decumbunt, dicentes illos audies, à me nihil grave perpeti. *Mercat.* Incredibilia dicis eum qui ſit pæderaſtes, nihil præter animam curare; præſertim cùm jacendi ſub eâdem veſte fiat copia. *Soc.* Atqui [57] per canem, & [58] platanum, rem ſic habere juro. *Mercat.* Hercle quanta abſurditas Deorum! *Soc.* Quid tu dicis? non videtur tibi canis eſſe Deus? Nonne vides quantus ſit in Ægypto [59] Anubis in cœ-

56 *Pæderaſtes ſum.*] i. e. *Amator puerorum.* Vide Dialog. Menip. & Æaci, ubi etiam apud inferos oſtenditur ſedens cùm *Charmide, Phædro,* & *Clinia* pulchris adoleſcentibus.

57 *Per canem.*] Ita juraſſe Socratem & diſcipulos ejus obſervavit nobis Scholiaſtes *in Ariſtophan. Aves,* id ſcilicet doctos à Rhadamantho, qui non ſivit quenquam è ſuis jurare per Deos, ſed per anſerem, per canem, per arietem & ſimilia. Vide etiam Eraſm. Adag. *Rhadamanthi Jusjurandum.*

58 *Et platanum.*] Malo vertere per *hanc platanum,* vult etenim, opinor, ἐκείνην ὑψηλοτάτην juxta Iliſſum amnem Atticæ, ſub qua docuit aliquando. Cujus meminit Plato in Dial. *Phædri* & *Socrat.* Meminit etiam aliàs Lucianus, in *Domo* nempe & *Amoribus.*

59 *Anubis.*] Deus Ægyptius qui vocatur Latrator apud Virg. Æn. 8. v. 698. ut Servius perhibet, quia

lo [60] Sirius, apud inferos [61] Cerberus? *Mercat.* Rectè dicis: ego verò peccavi

13. Verum quod vitæ genus inſiſtis? *Soc.* Mihi ipſi civitatem quandam extruxi, quam incolo: peregrinâ autem politiâ utor, meaſque leges præſcribo. *Mercat.* Unum aliquod ex tuis dogmatibus audire velim. *Soc.* Audi ergo maximum illud, quo [62] ſententiam meam de uxoribus propono. Cenſeo nullam debere cujuſquam eſſe propriam, ſed ad quemvis accedere qui nuptias ejus appetat. *Mercat.* Quid ais? ſuntne abrogandæ leges de adulterio? *Soc.* [63] Ita per Jovem, utque uno verbo dicam, reliquæ omnes nugæ eâ de re conſtitutæ. *Mercat.* Quid verò tibi de pueris jam maturis videtur? *Soc.* Et hi optimatibus, qui præclari aliquid geſſerunt, præmium erunt, [64] ut eos ament. *Mercat.* Papæ, quanta benevoli animi largitio? ſed quæ tuæ ſapientiæ eſt ſumma? *Soc.* Ideæ, & eorum quæ exiſtunt paradigmata. Nam quæcunque vides, terram, quæ ſupra terram ſunt, cœlum, mare, omnes horum imagines obſcuræ extra univerſitatem exiſtunt. *Mercat.* Ubi autem exiſtunt? *Soc.* Nullibi: nam ſi alicubi eſſent, non eſſent. *Mercat.* Hæc quæ dicis paradigmata, non video. *Soc.* Meritò: cæcus enim eſt tibi animæ oculus. Ego autem omnium rerum video ima-

capite canino pingitur: idem etiam teſtatur Plutarch. in libro de Iſide & Oſiride, Ἄνουβις κυνὶ τὸ εἶδος ἐπείκαστο, ubi videas etiam cauſſam quod ita pingitur.

60 *Sirius.*] i. e. Canis cœleſtis cultus tanquam Deus ab Ægyptiis, ſub nominibus Iſis & Sothis. Vide Plut. de Iſide & Oſiride. Tranſlatus autem à Jove in cœlos, cum prius eſſet Cephalicunis, & *Lalaps* vocatus, adeo celer, ut nulla fera eum potuerit effugere. Vide Raderum in Martial. epigr. 39. lib. 11.

61 *Cerberus.*] Canis ſatis notus apud inferos, ſed & Deus habitus. Vide Dial. *Menip.* & *Cerber.*

62 *Sententiam meam de uxoribus.*] hanc fuiſſe ſententiam Diogenis ſupra videas n. 37. at fuiſſe etiam Socratis nuſquam alias lego.

63 *Ita per Jovem.*] Haud mos erat Socrati & Diſcipulis jurare per Deos, ſed per canem, per anſerem, &c. Vide Schol. in Ariſtoph. Ὀρνιθ.

64 *Ut eos ament.*] Reddendum erat, *ut eos oſculentur.*

gines, & te latentem, & me alium: in ſummâ dupliciâ video omnia.

14. *Mercat.* Ergo emendus es, ſapiens cùm ſis, & acute cernas. Age videam, quid tu à me pro ipſo exigas. *Mer.* Da [65] duo talenta. *Mercat.* Emi quanti dixiſti: pecuniam verò in poſterum numerabo. *Mer.* Quodnam igitur tibi nomen eſt? *Mercat.* [66] Dion Syracuſius. *Mer* Age quod fœlix, fauſtumque ſit, accipe eum. Te jam voco Epicure, quis hunc emet? eſt riſoris diſcipulus, item illius ebrii, quos paulò ante proclamabamus. Unius autem rei cognitione vincit ipſos, quatenus magis eſt impius. Cæterum ſuavis eſt, & gulæ amans. *Mercat.* Quo pretio venditur? *Mer.* [67] Duabus minis. *Mercat.* Accipe: Verum, ut hoc quoque ſciam, quibus delectatur eduliis? *Mer.* Dulcia edit & mellita, maximè verò ficus. *Mercat.* Benè ſe res habet: emam enim ipſi caricarum maſſas. *Jup.* Alium accerſe: illum videlicet ad vivum detonſum, ſeveróque vultu [68] Stoicum. *Mer.* Rectè dicis: videtur enim magna multitudo, quæ ad forum accurrit, illum exſpectare. Ipſam virtutem vendo, vitam perfectiſſimam, quis vult omnia ſcire ſolus? *Mercat.* Quid iſtud eſt, quod dicis? *Mer.* Quòd ſolus hic ſapiens eſt, ſolus pulcher, ſolus juſtus, fortis, rex, rhetor, dives, legiſlator, & alia quotquot ſunt. *Mercat.* Num, ô bone, ſolus etiam coquus eſt, & coriarius, & faber, & ſimilia? *Mer.* Sic videntur.

15. *Mercat.* Accede, ô bone, & dic mihi tuo emptori,

65 *Duo talenta.*] Incertum eſt utrum Atticum talentum majus an minus vult. Majus, ut ferunt, continebat 80 minas; noſtræ monetæ 233 l. minus minas 60, 165 l.

66 *Dion Syracuſius.*] Platonis diſcipulus, cui Socrates non potuit non eſſe charus.

67 *Duabus minis.*] Multo minore pretio quam Socrates: Mina enim noſtri nummi eſt 33 s. 4 d.

68 *Stoicum.*] Sic dictum à *ſtoa*, i. e. porticu in Athenarum urbe, ubi Zeno autor *Stoicæ* Philoſophorum ſectæ docuit diſcipulos.

ptori, qualiſnam ſi., ac primùm an doleas quod venderis, & ſervis. *Chry.* Nequaquam: neque enim in nobis hæc ſunt: quæcunque verò in nobis non ſunt, iſta indifferentia eſſe ſolent. *Mercat.* Non intelligo quid dicas. *Chry* Quid ais? non intelligis, quod horum quædam ſunt prælata, quædam non prælata? *Mercat.* Ne nunc quidem intelligo. *Chry.* Merito quidem, neque enim aſſuetus es vocabulis noſtris: neque imaginationem habes quæ facile apprehendat. Verum ſtudioſus dialecticæ contemplationis non hæc tantum novit: verum etiam qualiter, & quantum accidens, & præter-accidens inter ſe differunt. *Mercat.* Per Philoſophiam quæſo ne invideas explicare, quidnam ſit accidens, & præter-accidens; neſcio enim quomodo vocum iſtarum numero perculſus ſum. *Chry.* Citra invidiam dixero. Si quis claudus exiſtat, illiſóque pede claudo ad lapidem ex inopinato vulnus acceperit, is certè accidens habet claudicationem, vulnus autem præter-accidens accepit.

16. *Mercat.* O argutiam! præterea verò quidnam potiſſimùm ſcire te profiteris? *Chry.* Retia ſermonum, quibus implico, & obſtringo, denique tacere cogo eos qui contra me diſputant, planè frænum illis obducens; iſti verò tantæ orationis vi nomen eſt *ſyllogiſmus celeberrimus.* *Mercat.* Hercle fortem, & inexpugnabilem ſyllogiſmum dicis. *Chry.* Vide ergo, eſtne tibi puer? *Mercat.* Quidni? *Chry.* Si Crocodilus hunc ad flumen errantem nactus rapuerit, poſtea verò ſe redditurum polliceatur hâc lege, ut verum dicas, quod de pueri redditione decretum eſt: quid illum decreviſſe dices? *Mercat.* Quæſtionem rogas, ad quam reſpondere difficile eſt: dubito enim utrum dicere debeam, quo puerum recipiam; ſed tu quæſo per Jovem, reſpondens, incolumem puerum mihi ſerva, ne priùs ipſum devoret.

17. *Chry.*

17. *Chry.* Bono es animo: etenim alia magis mira te docebo. *Mercat.* Quænam ſunt illa? *Chy.* Iſtum ſermones *metentem*, illúmque *dominantem*, præterea eam quæ eſt ſupra omnes, *Electram* & *opertum* illum. *Mercat.* Quis ille *opertus* ſermo, aut quæ *Electra* eſt quam dicis? *Chry.* [69] *Electram* illam dico Agamemnonis valdè celebrem, quæ eadem novit ſimul, & non novit; aſtante enim Oreſte illi adhuc incognito, novit quidem Oreſtem ſuum eſſe fratrem, hunc verò Oreſtem eſſe ignorat. Rurſus verò *opertum* illum, ac planè mirabilem ſermonem audies. Reſponde mihi: nôſtíne tuum patrem? *Mercat.* Maximè. *Chry.* Quid igitur, ſi prope te ſtatuerem quempiam opertum, atque interrogarem: nôſtíne hunc? quid diceres? *Mercat.* Scilicet me non nôſſe. *Chry.* Atque hic tuus erat pater, itaque ſi iſtum non nôſti, palam eſt te patrem tuum non nôſſe. *Mercat.* Nequaquam: ſed ſi ipſum detexeris, verum novero.

18. Sed quiſnam tuæ ſapientiæ eſt finis? aut quid facturus es, ſi ad virtutis faſtigium perveneris? *Chry.* In his quæ naturâ prima ſunt, verſabor, dico divitias, ſanitatem, & ſimilia. Sed priùs oportet multos labores impendere, libris exiguis literis deſcriptis oculos admovendo, interpretationes congerendo, teque Solœciſmis, atque abſurdis vocibus implendo; in ſummâ, te ſapientem fieri fas non eſt, quin [70] ter ex ordine helleborum biberis. *Mercat.* Egregia ſunt iſta tua, fortíque viro digna. Verùm meticuloſum eſſe fœneratorem (hoc enim tibi ineſſe video) num dicemus eſſe viri, qui helleborum biberit, & juſtam virtutis magnitudinem attigerit?

69 *Electram.*] *Electra* erat Agamemnonis filia.

70 *Ter ex ordine helleborum, &c.*] fertur de ipſo Chryſippo, quod non potuit in beatorum inſulam ingredi priuſquam quarto ſe helleboro purgaret. Vide Lucian. de Ver. Hiſtor. lib. 2.

Chr. Maxi-

Chr. Maximè: ſolum enim ſapientem fœnus exercere decet; quandoquidem enim illius proprium eſt ſyllogiſmis concludere, fœnerari autem, & uſuras computare, atque ſyllogiſmis concludere, parùm differre videntur, hoc etiam, ut & illud, ſoli ſtudioſo competit: nec illum ſimpliciter fœnus, quemadmodùm alii ſolent, accipere decet, verùm etiam alterius quoque fœnoris fœnus; niſi fortè ignoras, fœnus aliud eſſe primum, aliud ſecundum, velut quandam illius progeniem. Vides autem quid ſyllogiſmus quidam concludat. Si primum fœnus acceperit, accipiet ſecundum; atqui primum accipiet, ergo & ſecundum.

19. *Mercat.* Num ergo & de mercede, quam pro ſapientiæ diſciplinâ à juvenibus accipis, ſimilia dicamus? & ſit manifeſtum ſolum ſtudioſum pro virtute mercedem accepturum eſſe? *Chry.* Intelligis: Certè non meâ causâ, ſed dantis gratiâ accipio. Cùm enim alius ſit effuſor, alius comprehenſor, me quidem ipſum, ut ſim comprehenſor, præparo, diſcipulum verò, ut fiat effuſor. *Mercat.* At tu contrarium dixiſti, juvenem eſſe comprehenſorem, te verò, qui ſolus dives es, effuſorem. *Chry.* Heus tu ſcommate me perſtringis. Sed vide tu, ne te petam indemonſtrabili ſyllogiſmo. *Mercat.* Quid verò mali ex hoc telo accidet? *Chry.* Dubitatio, & ſilentium, mentíſque ſubverſio. Quod autem eſt maximum, ſi voluero, te celerrimè in lapidem convertam. *Mercat.* Quomodò lapidem me feceris? neque enim [71] Perſeus, ô bone, mihi eſſe videris. *Chry.* Hoc modo, lapis eſt corpus. *Mercat.* Certè. *Chry.* Quid

71 *Perſeus.*] Is ſcilicet *Perſeus* Jovis & Danaes filius, qui oſtenſo Atlanti Meduſæ capite vertebat eum in montem, & oſſa in lapidem. Hiſtoriam videas Ovid. Metam, lib. 4, fab. 18. exinde etiam fiebant corallia, ex virgis ſcilicet ſub capite Meduſæ poſitis, dum ceto pugnans liberabat Andromedam. Fab. 19.

verò?

verò? nonne & animal eſt corpus? *Mercat.* Maximè. *Chry.* Tu verò nonne es animal? *Mercat.* Sic videtur. *Chry.* Lapis igitur es, cùm ſis corpus. *Mercat.* Nequaquam: ſed me per Jovem ſolve, & de novo fac hominem. *Chry.* Non eſt factu difficile: quare rurſus ſis homo; dic enim mihi; nonne omne corpus animal eſt? *Mercat.* Non. *Chry.* Tu verò corpúſne es? *Mercat.* Maximè. *Chry.* Corpus autem cùm ſis, animálne es? *Mercat.* Maximè. *Chry.* Ergo non es lapis, animal cùm ſis.

20. *Mercat.* Euge effeceras, ut jam mea crura [72] non aliter ac Niobes refrigeráta & ſaxea facta eſſent, attamen te emam. Quantum pro ipſo numerabo? *Mer.* Duodecim minas. *Mercat.* Accipe. *Mer.* Solúſne ipſum emiſti? *Mercat.* Non per Jovem: verùm illi omnes quos vides. *Mer.* Certè multi ſunt, iique validis humeris, & colligente ſermone digni. *Jup.* Ne tempus teras: alium acceſſe. *Mer.* Te Peripateticum acceſſo, formoſum, divitem. Agite, emite hunc prudentiſſimum, qui omnia omninò ſcit. *Mercat.* Qualiſnam ille eſt? *Mer.* Modeſtus, æquus, vitâ benè compoſitâ, quódque maximum eſt, duplex. *Mercat.* Quid dicis? *Mer.* Alius quidem foris apparet, quàm intus eſſe videtur. Itaque ſi ipſum emas, memento internum hunc, externum illum appellare. *Mercat.* Quid verò potiſſimum novit? *Mer.* Novit triplicia eſſe bona, animæ ſcilicet, corporis, & rerum externarum. *Mercat.* Humana ſapit, ſed quanti venditur? *Mer.* Viginti minis. *Mercat.* Multùm certè dicis. *Mer.* Nequaquam, ô beate: etenim pecuniam aliquam habere ipſe videtur; itaque non nimis citò ipſum emeris. Præterea autem protinus ab

72 *Non aliter ac Niobes.*] *Niobes crura* facta eſſe marmorea legas apud Ovid. lib. 6. fab. 4.

eo diſces quamdiu vivat culex, & quam profundè mare à ſole illuſtretur, & quale ſit oſtrearum anima. *Mercat.* Hercle quanta argutia! *Mer.* Quid ſi audias alia multa his acutiora, de ſemine, & generatione, deque embryonis in utero formatione, utque riſibilis eſt homo, non riſibilis autem aſinus, neque ad ædificandum, neque ad navigandum habilis? *Mercat.* Planè admiranda, & utilia præcepta narras; itaque viginti minis ipſum emam. *Mer.* Eſto.

21. Quis adhuc reliquus eſt? iſte ſcepticus: accede tu Pyrrhonie, ſtatim proclamandus es, multi jam effluant, & in paucis erat venditio. Veruntamen quis emet iſtum? *Mercat.* Ego; ſed primùm dic mihi, tu quid nôſti. *Phil.* Nihil. *Mercat.* Quid ita? *Phil.* Quia nihil omninò mihi videtur exiſtere. *Mercat.* Nos verò nihilne ſumus? *Phil.* Neque hoc ſcio. *Mercat.* Neque tu es aliquis? *Phil.* Hoc multò etiam magis ignoro. *Mercat.* O ignorantiam! verùm quid ſibi volunt hæ ſtateræ? *Phil.* Sermones in illis trutino, & ad æqualitatem redigo: poſtquam autem eos exquiſitè ſimiles, & æqualis eſſe ponderis cognovero, tunc quis horum verior ſit, ignoro. *Mercat.* Ex aliis autem rebus, quid compoſitè facere ſoles? *Phil.* Omnia facio, præterquam quòd fugitivos non perſequor. *Mercat.* Quid? anne hoc tibi impoſſibile eſt? *Phil.* Quia, ô bone, non comprehendo. *Mercat.* Rectè, tardus enim, & piger videris eſſe. Verùm quis tibi ſcientiæ eſt finis? *Phil.* Ignorantia: & nihil videre neque audire. *Mercat.* Ergo te ſurdum ſimul, & cœcum dicis. *Phil.* Imò, judicio etiam, & ſenſu careo: breviter nihil à verme differo. *Mercat.* Propterea emendus es.

22. Quanti facis illum? *Mercat.* [73] Atticâ minâ.

73 *Atticâ minâ.*] An *mina Attica* differt ab ea cujus mentio ſupra n. 67. videant curioſi nummorum æſtimatores.

Mercat. Accipe : heus tu, quid dicis, tene emi? *Phil.* Incertum eſt. *Mercat.* Nequaquam : emi enim, & pecuniam numeravi. *Phil.* Judicium ſuſpendo hâc de re, & eam conſidero. *Mercat.* Atqui ſequere me, ut famulum decet. *Phil.* Quis ſcit num vera dicas? *Mercat.* Præco, mina, & qui adfuerunt. *Phil.* An aliqui etiam nobiſcum ſunt? *Mercat.* At ego te jam conjectum in piſtrinum adducam, ut credas me tuum eſſe herum, ſecundùm pejorem cauſſam. *Phil.* Hâc de re aſſenſionem etiam retineo. *Mercat.* Sed per Jovem jam oſtendi. *Merc.* Tu quidem deſine obniti, & eum, qui te emit, ſequere. Vos autem cras advocabimus ; etenim idiotas, & fabriles, vileſque vitas proclamaturi ſumus.

DIA-

DIALOGORUM

SELECTORUM

PARS ALTERA.

VIRO HONORANDO

EDMUNDO POLEY,

NUNC

A Sereniſſima Anglorum *Regina Legationis obeunti Munus* Hannoveræ *in* Brunſwici *Ducatu Urbe Florentiſſima*, Ed. Leedes *Hanc Secundam* Luciani *Dialogorum Partem dat, dicat, conſecrátque.*

P*RIORI* Dialogorum *Parti* multis abhinc annis à me editæ, cùm ſemel ſtatueram, *Hanc* addere, non diu mecum deliberavi, *cui dicarem*, quando Alterum *Fratri dicaveram.* Quid enim in hac hujus Libelli Dedicatione *Vos* non *conjungerem*, qui in *omni re*, præcipue autem *veſtro* erga me *amore*, *Pueri*, *Juvenes*, *Viri*, ſemper fuiſtis *conjunctiſſimi?* Hoc autem non auſus fueram feciſſe, niſi prius noram Te, quamvis *majoribus* rebus plerumque *occupatum*, His tamen *exiguis aliquando vacare* non deſiiſſe. Novi enim, & ipſe opinor ſcis unde, quod, quando prius prodibas foras, & inter *Allobrogum* Gentes aliquandiu Tibi erat morandum, ſumebas Tecum duos *Atticos* Scriptores, qui in itinere tuo Tibi forent comites, *Xenophontem* ſcilicet & *Lucianum*: non *totum Lucianum*, ſed *Partem* tantum, eos nempe *Selectos Dialogos*, quos hic habes eodem involucro cum His incluſos,

cluſos, quos ideo gratiores Tibi fuiſſe judico, quod *Fratris* gerebant Nomen, nec minus fortaſſe, ſic enim ſperare libet quod & *meum*. *Cælum* iterum *mutâſti* Vir Humaniſſime, *Patrium*, *placidum*, *Britannicum*; *alieno*, *turbido*, *Germanico*; *animum* autem Tuum, ſuaviſſimum *animum*, *animum* Nobis ſemper faventiſſimum, nequaquam *mutabis*; neque enim id vulgo facit quiſpiam. Pro eo igitur *animo*, quem ſemper Tecum fers, ſemper *bono*, ſemper *optimo*, accipias rogo *Hunc* Libellum, qui ambit apud Te locum aliquem, ubi gravioribus Legationis Tuæ *curis*, ſuos aliquando intermiſceat *luſus*, *earumque* iis tollat, aut ſaltem levet *tædium*. Vale, Vir optime, & favere perge multa jam confecta ætate,

Dat. Buriæ 9°
Kalend. Junias
A. D. 1704.

Tui ſemper ſtudioſiſſimo

EDWARDO LEEDES.

PRÆFATIO.

CUM ſemel ſtatueram Hos, qui ſequuntur *Dialogi, ſelegere, eiſdemque prout opus fuerit,* Scholiis *aliquot ſive Notis lucem dare, quo id melius facerem, ſumebam mihi* Luciani *Opera, non multis abhinc annis à* J. G. Græveio *edita, atque inde deprompſi, quicquid illic* Grævius *aut* Gronovius, *aut* Græcus Scholiaſtes, *aut alius quiſpiam dixerat, quod in eam rem fore utile judicabam, idque hic appoſui, non quidem* fusè & eiſdem, *quibus ipſi uſi ſunt*, verbis, *ſed, quò* anguſtiorem *occuparet* locum, *quantum potui,* pauciſſimis. *Huc etiam contuli quicquid in ſuis* Lectionibus Lucianeis *animadverterat in* his Dialogis *magnus ille* Oſcitantium *Scriptorum* Cenſor, *ipſe ſemper* non ſatis vigilans J. Jenſius, *ſi quid Hi reliquerunt* intactum, *quod cuiquam inter legendum eſſet* remora, *aut impedimentum, ipſe, ni fallor, abſtuli.*

Invenientur fortaſſe in Græco Textu vocabula multa nullo Accentu nota, quod accidit ex Typorum vitio, *& præter voluntatem meam. Non enim ex eorum numero ſum, qui putant* * Accentus *eſſe commentum* Grammaticorum Poſteriorum, *aut* Veteres Græcos *nullis uſos eſſe* Accentibus in ſcribendo, *ideóque à nobis* negligendos : *Sed nec ero, opinor, quamdiu extabunt*

* Sic ait *J. Verwey* ſcripſiſſe *J. G. Grævium.* Vide *J. Verwey* Præfat. ad Novam Viam Docendi Græca, pag. 23.

legenda

legenda hæc Verba in Athenæo, *Lib.* 7. Σηπίας, ὡς αἰτίας, ἣ παραλήγουσα παροξύνεται, ὡς Φιλήμων ἱστορεῖ ὁμοίως καὶ ταῦτα παιδία, ταινία, οἰκία. *Vixit autem* Athenæus *præter propter mille quingentis & quadraginta abhinc annis ; & antequam ipſe ſcripſit,* Philemon *ut ait, dixerat idem,* hanc *ſcilicet* vocem Σηπία παροξύνεσθαι, *hoc eſt, habere accentum Acutum in penultima ſyllaba, quod arguit, opinor, inter ejus ætatis Græcos uſum aliquem in ſcribendo fuiſſe Accentum : utrum rectè ſecundum eos jam Græca verba enunciamus,* aliud *eſt, &* alius *loci.*

ΔΙΑ-

ΔΙΑ'ΛΟΓΟΣ α΄. I.

Ἁλιεὺς, ἢ Ἀναβιοῦντες.

Σωκρ. ΒΑ'λλε, [1] βάλλε τὸν κατάρατον τοῖς ἀφθόνοις λίθοις· [2] ἐπίβαλλε τῶν βώλων, [3] προσεπίβαλλε καὶ τῶν ὀστράκων· παῖε τοῖς ξύλοις τὸν [4] ἀλιτήριον. ὅρα μὴ διαφύγῃ. Καὶ σὺ, ὦ Πλάτων, βάλλε. Καὶ σὺ, ὦ Χρύσιππε, καὶ σύ. πάντες ἅμα ξυνασπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν, [5] ὡς πήρη πήρηφιν ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις. Κοινὸς γὰρ πόλεμος, καὶ οὐκ ἔστιν ὅν τινα ἡμῶν οὐχ ὕβρισε. σὺ δὲ, ὦ Διόγενες, εἴ ποτε ἄλλοτε, χρῶ τῷ ξύλῳ, μηδὲ ἀνῇς· διδότω τὴν ἀξίαν βλάσφημος ὤν· τί τοῦτο; κεκμήκατε, * ὦ Ἀρίστιππε, καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν· ἐστὲ σοφοὶ, μνήσασθε δὲ θούριδος ὀργῆς. Ἀριστότελες, ἐπισπούδασον ἔτι θᾶσσον. καλῶς ἔχει. ἑάλωκε τὸ θηρίον, εἰλήφαμέν σε, ὦ μιαρέ· εἴσῃ γοῦν αὐτίκα οὕς τινας ὄντας ἡμᾶς ἐκακηγόρεις· [7] Τῷ τρόπῳ δέ τις

1 Βάλλε.] i. e. *pete*, ſic, Theoc. εἰδ. ϛ. v. 6. Βάλλει τοι, Πολύφαμε, τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια Μάλοισι. quem imitatus eſt Virgilius, Malo me Galatea *petit*, Eclog. 3. 63.

2 Ἐπίβαλλε τῶν βώλων.] Supple τὶ, aliter enim ἐπίβαλλε non regit Genitivum Caſum.

3 Προσεπίβαλλε τῶν ὀστράκων.] Supple iterum τί. Vide Method. noſtr. p. 127. reg. 12.

4 Τὸν ἀλιτήριον.] *Hunc peccatorem, hoc ſcelus*, ab ἀλιτέω, *pecco.*

5 Ὡς πήρη πήρηφιν, &c.] Alludit ad illud Hom. Il. β. 363. ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις.

* Ὦ Ἀρίστιππε.] Vetus codex ὦ Ἐπίκουρε καὶ Ἀρίστιππε, Græv.

6 Ἐστὲ σοφοὶ, &c.] Verba Homeri ſunt Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς, non ἀλγῆς, ut citat J. Jenſius ιλ. θ. v. 174. ο, v. 487, & 734. π. v. 270.

7 Τῷ τρόπῳ.] Attice pro τίνι τρόπῳ.

αὐτὸν καὶ [8] μετέλθοι; ποικίλον γάρ τινα ἐπινοῶμεν θάνατον κατ' αὐτοῦ, πᾶσιν ἡμῖν ἐξαρκέσαι δυνάμενον· καθ' ἕκαστον ἑπτάκις γοῦν δίκαιός ἐστιν ἡμῖν ἀπολωλέναι. Πλάτων. Ἐμοὶ μὲν ἀνεσκολοπίσθαι δοκεῖ αὐτὸν νὴ Δία, μαστιγωθέντα γε πρότερον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω, τὴν γλῶτταν αὐτὴν ἐπιπολὺ πρότερον ἀποτετμήσθω. σοὶ δὲ τί Ἐμπεδόκλεις δοκεῖ; Ἐμπεδ. Ἐς τοὺς [9] κρατῆρας ἐμπεσεῖν αὐτὸν, ὡς μάθοι μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοσι. Πλ. Καὶ μὴν ἄριστον ἦν καθάπερ τινὰ Πενθέα, ἢ Ὀρφέα [10] λακιστὸν ἐν πέτραισιν εὑρέσθαι μόρον, ἵνα ἂν καὶ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων ἀπαλλάττοιτο. Λου. Μηδαμῶς, ἀλλὰ πρὸς [11] Ἱκεσίου φείσασθέ μου.

I. Σω. [12] Ἄραρεν οὐκ ἂν ἀφεθείης ἔτι. ὁρᾷς δὲ δὴ καὶ τὸν Ὅμηρον ἃ λέγει, ὡς * οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά. Λου. Καὶ μὴν καθ' Ὅμηρον ὑμᾶς καὶ αὐτὸς ἱκετεύσω. αἰδέσεσθε γὰρ ἴσως τὰ ἔπη, καὶ οὐ παρόψεσθε ῥαψῳδήσαντά με. * Ζωγρεῖτ' οὐ κακὸν ἄνδρα, καὶ ἄξια [13] δέχθετ' ἄποινα, χαλ-

8 Ἀυτὸν μετέλθοι.] Interpres reddit *Ulciſcatur*; quis credat qui tantum ſpectat voces unde ſit, μετὰ & ἔρχομαι; Verum uſus ita vult. Sic Alexander in Dial. inter ipſum & Hannibalem, φονέας τοῦ πατρὸς μετῆλθον, i. e. *de Patris interemptoribus ſupplicium ſumpſi*. I met with, or I was even with my Father's Murtherers.

9 Ἐς τοὺς κρατῆρας.] Sic dicta ſunt Ætnæ *foramina*, in quæ ſe præcipitare dicitur Empedocles. Unde ad eum Epigrammatiſta, lib. 3. πῦρ ἀπὸ κρατήρων ἔκπιεν ἀθανάτων, καλοῦνται δὲ τὰ κοιλώματα κρατῆρες ἐκ μεταφορᾶς.

10 Λακιστὸν εὑρέσθαι μόρον.] Expone ut *laniatus inveniret fatum*. εὑρέσθαι enim active ſignificat, quod latuit interpreti. Λακιστὸς autem à λακίζω proprie cum ſtrepitu diſcerpo, à λακίς, ſono.

11 πρὸς Ἱκεσίου.] ἐλλείπει Διὸς per Jovem *ſupplicibus* propitium.

12 Ἄραρεν.] Vide Eurip. Oreſt. v. 1330. Ubi exponitur, *decretum eſt*. Schol. ἥρμοσται. videtur Solenne eſſe vocabulum, quo uſi ſunt veteres Græci, quando ſignificare voluerunt aliquid eſſe ratum. Optime Suidas, βεβαίως οὕτως ἔχει, καὶ ἀμετακινήτως. eſt autem ab ἄρω, *apto*, atque hinc ἀραρότως, *firmiter*, Eurip. Med. v. 1192.

* Ὀυκ ἔστι λέουσι, &c.] Verba ſunt Achillis Hectori, ιλ. χ. 262.

* Ζωγρεῖτ' οὐ κακὸν ἄνδρα, &c.] Sic mutavit ad ſuum Uſum verba Homeri ιλ. κ. v. 378.

13 Δέχθε.] Nuſquam alias reperio, puto eſſe δέχεσθε.

κόν τι, χρυσόν τι, τά τε φιλέουσι σοφοί περ. Πλα. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἀπορήσομεν πρὸς σὲ Ὁμηρικῆς ἀντιλογίας. ἄκουε δή, [14] μή δή μοι φύξιν γε, κακηγόρε, βάλλεο θυμῷ, χρυσόν περ λέξας ἐπεὶ ἵκεο χεῖρας ἐς ἁμάς. Λου. Οἴμοι τῶν κακῶν, ὁ μὲν Ὅμηρος ἡμῖν [15] ἄπρακτος ἡ μεγίστη ἐλπίς. ἐπὶ τὸν Εὐριπίδην δή μοι καταφευκτέον. τάχα γὰρ ἂν ἐκεῖνος σώσειέ με. * μὴ κτεῖναι τὸν ἱκέτην, Εὐριπίδου ἐστὶν, οὐ γὰρ θέμις κτανεῖν. Πλ. Τί δὲ οὐχὶ κἀκεῖνο οὐ * δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους; Λου. Νῦν οὖν [16] ἕκατι ῥημάτων κτείνετέ με; Πλα. Νὴ Δία φησὶ γοῦν ἐκεῖνος αὐτὸς, Ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνας τὸ τέλος δυστυχία. Λου. Οὐκοῦν ἐπειδὴ δέδοκται πάντως ἀποκτιννύναι καὶ οὐδεμία [17] μηχανὴ τὸ διαφυγεῖν με, φέρετε, τοῦτο γοῦν εἴπατέ μοι, οἵτινες ὄντες, ἢ τί πεπονθότες ἀνήκεστον πρὸς ἡμῶν, ἀνήκεστα ὀργίζεσθε, καὶ ἐπὶ θανάτῳ

* Ἄποινα.] ἄποινον, donum datum, ut *pœna ne detur.*

14 Μὴ δή μοι φύξιν, &c.] ιλ. κ. v. 447, 448.

15 Ἄπρακτος.] Vulgò *non factus*, at hic activè *Nihil faciens.* Sic Legati Romani dicuntur remitti ἄπρακτοι, Herodian. lib. 6. i. e. *re infecta.* Verba ejus ſunt hæc, ὁ δὲ βάρβαρος τοὺς μὲν πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων ἀπέπεμψεν ἀπράκτους. Vide Dial. 20. inter n. 84, & 85.

* Μὴ κτεῖναι τὸν ἱκέτην, οὐ γὰρ θέμις κτανεῖν.] Verſus Iambicus

* Οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους.] Verſus itidem Iambicus Eurip. Oreſt. 408.

16 Ἕκατι ῥημάτων.] Citat hunc locum non Nemo in Collectaneo illo Lexico quod ſub Conſtantini & Probi prodiit nomine, & exponit *Semotis verbis*, quaſi ἕκατι idem eſſet ac ἕκας, procul, à ſenſu Autoris, ut nobis videtur, ſatis procul. Sed neque Benedictus ſatis bene, *propter hæc Verba.* Melius *propter Verba*, quaſi dixiſſet propter *Verba*, non *facta*, quæ ſola damnaverunt citata ex Euripide Verba δεινὰ πάσχειν, &c. cui ſenſui convenit quod ex eodem Eur. Bacch. 385. reſpondet Plato ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνας τὸ τέλος δυστυχία. Nam hic damnantur etiam verba. lege autem Verba κτείνετέ με ſine interrogatione, interficitis me propter *Verba*, quæ in Verbis citatis non damnat Euripides.

17 Μηχανὴ τὸ διαφυγεῖν.] J. Jenſius ait, haud dubie hoc eſſe Solœcum, & ſcribere jubet τοῦ διαφυγεῖν.

συνειλήφατέ με; Πλ. Ἅτινα μὲν εἴργασαι ἡμᾶς τὰ δεινὰ, σεαυτὸν ἐρώτα, ὦ κάκιστε, καὶ τοὺς καλοὺς ἐκείνους σου λόγους, ἐν οἷς φιλοσοφίαν τε αὐτὴν κακῶς ἠγόρευες, καὶ ἐς ἡμᾶς ὕβριζες, ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρύττων σοφοὺς ἄνδρας καὶ τὸ μέγιστον ἐλευθέρους. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντες, ἀνεληλύθαμεν ἐπὶ σε, παραιτησάμενοι πρὸς ὀλίγον τὸν Ἀϊδωνέα, Χρύσιππος οὑτοσὶ, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ Πλάτων ἐγὼ, καὶ Ἀριστοτέλης ἐκεῖνος, καὶ ὁ σιωπῶν οὗτος Πυθαγόρας, καὶ Διογένης, καὶ ἅπαντες, ὁπόσους διέσυρες ἐν τοῖς λόγοις.

2. Λου. Ἀνέπνευσα, οὐ γὰρ ἀποκτενεῖτέ με, εἰ μάθητε ὁποῖος ἐγὼ περὶ ὑμᾶς ἐγενόμην· ὥστε ἀπορρίψατε τοὺς λίθους. μᾶλλον δὲ φυλάττετε. χρήσεσθε γὰρ αὐτοῖς κατὰ τῶν ἀξίων. Πλ. Ληρεῖς. σὲ δὲ χρὴ σήμερον ἀπολωλέναι. καὶ ἤδη γε * λάϊνον ἕσσο χιτῶνα κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας. Λου. Καὶ μὴν, ὦ ἄριστοι, ὃν ἐχρῆν μόνον ἐξ ἁπάντων ἐπαινεῖν οἰκεῖόν τε ὑμῖν ὄντα, καὶ εὔνουν, καὶ ὁμογνώμονα, καὶ εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, κηδεμόνα τῶν ἐπιτηδευμάτων εὖ ἴστε ἀποκτενοῦντες, ἢν ἐμὲ ἀποκτείνητε, τοσαῦτα ὑπὲρ ὑμῶν πεπονηκότα· ὁρᾶτε γοῦν μὴ τὸ τῶν νῦν φιλοσόφων αὐτὸ ποιεῖτε, ἀχάριστοι, καὶ ὀργίλοι, καὶ ἀγνώμονες φαινόμενοι πρὸς ἄνδρα εὐεργέτην. Πλ. Ὢ τῆς ἀναισχυντίας· καὶ χάριν σοι τῆς κακηγορίας προσοφείλομεν; οὗτος ἀνδραπόδοις ἀληθῶς οἴει διαλέγεσθαι; ἢ καὶ εὐεργεσίαν καταλογιῇ πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὕβρει, καὶ παροινίᾳ τῶν λόγων; Λου. Ποῦ γὰρ ἐγὼ ὑμᾶς, ἢ πότε ὕβρικα, ὃ ἀεὶ

* Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, &c.] Verba ſunt Hectoris ad Paridem, ιλ. γ. v. 58.

Φιλοσο-

φιλοσοφίαν τε θαυμάζων διατετέλεκα, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὑπερεπαινῶν, καὶ τοῖς λόγοις, οὓς καταλελοίπατε, ὁμιλῶν; αὐτὰ γοῦν ἃ φημὶ ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν παραλαβὼν, καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος, ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δὲ ἐπαινοῦσι, καὶ γνωρίζουσιν ἑκάστου τὸ ἄνθος, ὅθεν, καὶ παρ' ὅτου, καὶ ὅπως ἀνελεξάμην. Καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας, τὸ δ' ἀληθὲς, ὑμᾶς καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἳ τοιαῦτα ἐξηνθήκατε ποικίλα, πολυειδῆ τὰς βαφὰς, εἴ τις ἀναλέξασθαί γε αὐτὰ ἐπίσταιτο, καὶ ἀναπλέξασθαι, καὶ ἁρμόσασθαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου. ἔσθ' ὅστις οὖν ταῦτα εὖ πεπονθὼς παρ' ὑμῶν, κακῶς ἂν εἰπεῖν ἐπιχειρήσειεν εὐεργέτας ἄνδρας, ἀφ' ὧν εἶναί τις ἔδοξεν, ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ τὸν Θάμυριν, ἢ τὸν Εὔρυτον εἴη τὴν φύσιν, ὡς ταῖς Μούσαις ἀντᾴδειν, παρ' ὧν εἴληφε τὴν ᾠδὴν, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι ἐριδαίνειν, ἐναντία τοξεύων, καὶ ταῦτα, δοτῆρι ὄντι τοῦ τοξικῆς.

3. Πλ. Τοῦτο μὲν, ὦ γενναῖε, κατὰ τοὺς Ῥήτορας εἴρηταί σοι. ἐναντιώτατον γοῦν ἐστι τῷ πράγματι, καὶ χαλεπωτέραν σου ἐπιδείκνυσι τὴν τόλμαν, * εἴγε τῇ ἀδικίᾳ καὶ ἀχαριστίᾳ πρόσεστιν, ὃς παρ' ἡμῶν τὰ τοξεύματα, ὡς φὴς, λαβὼν, καθ' ἡμῶν ἐτόξευες, ἕνα τοῦτον ὑποθέμενος τὸν σκοπὸν, ἅπαντας ἡμᾶς ἀγορεύειν κακῶς. Τοιαῦτα παρὰ σοῦ ἀπειλήφαμεν, ἀνθ' ὧν σοι τὸν λειμῶνα ἐκεῖνον ἀναπεπτακότες, οὐκ ἐκωλύομεν δρέπεσθαι, καὶ τὸ προκόλπιον ἐμπλησάμενον ἀπελθεῖν. ὥστε, διά γε τοῦτο μά-

* Εἴγε τῇ ἀδικίᾳ καὶ ἀχαριστίᾳ πρόσεστι.] i. e. ſi injuſtitiæ etiam ingratitudo adeſt, vel ineſt.

λιστα

λιστα, δίκαιος ἂν εἴης ἀποθανεῖν. Λου. Ὁρᾶτε; πρὸς ὀργὴν ἀκούετε, καὶ οὐδὲν τῶν δικαίων προσίεσθε, καί τοι οὐκ ἂν ᾠήθην ποτὲ, ὡς ὀργὴ Πλάτωνος, ἢ Χρυσίππου, ἢ Ἀριστοτέλους, ἢ τῶν ἄλλων ὑμῶν καθίκοιτο ἄν. Ἀλλά μοι ἐδοκεῖτε μόνοι δὴ πόῤῥω εἶναι τοῦ τοιούτου. πλὴν ἀλλὰ μὴ ἄκριτόν γε, ὦ θαυμάσιοι, μηδὲ πρὸ δίκης ἀποκτείνητέ με. Ὑμέτερον γοῦν καὶ τοῦτο ἦν, μὴ βίᾳ, μηδὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότερον πολιτεύεσθαι, δίκῃ δὲ τὰ διάφορα διαλύεσθαι διδόντας λόγους, καὶ δεχομένους [18] ἐν τῷ μέρει· ὥστε δικαστὴν ἑλόμενοι, κατηγορήσατε μὲν ὑμεῖς, ἢ ἅμα πάντες, ἢ ὅν τινα ἂν χειροτονήσητε ὑπὲρ ἁπάντων. Ἐγὼ δὲ καὶ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. Κἆτα εἰ μέν τι ἀδικῶν φαίνωμαι, καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ [19] γνῷ τὸ δικαστήριον, ὑφέξω δηλαδὴ τὴν [20] ἀξίαν. ὑμεῖς δὲ, βίαιον οὐδὲν τολμήσετε. ἢν δὲ [21] τὰς εὐθύνας ὑπέχων, καθαρὸς ὑμῖν καὶ ἀνεπίληπτος εὑρίσκωμαι, ἀφήσουσί με οἱ δικασταὶ, ὑμεῖς δὲ εἰς τοὺς ἐξαπατήσαντας ὑμᾶς, καὶ παροξύναντας καθ' ἡμῶν, τὴν ὀργὴν τρέψετε. Πλ. Τοῦτο ἐκεῖνο [22] ἐς πεδίον τὸν ἵππον, ὡς παρακρουσάμενος τοὺς δικαστὰς ἀπέλθοις· φασὶ γοῦν ῥήτορά σε, καὶ δικανικόν τινα εἶναι, καὶ πανοῦργον ἐν τοῖς λόγοις. τίνα δὲ καὶ δικαστὴν ἐθέλεις γενέσθαι, ὅν τινα μὴ σὺ δωροδοκήσας, οἷα πολλὰ ποιεῖτε ἄδικα, πείσεις ὑπὲρ σοῦ ψηφίσασθαι;

18 Ἐν τῷ μέρει.] Supple ἑτέρῳ, i. e. *viciſſim.*

19 Περὶ ἐμοῦ γνῷ.] Ad verbum *cognorit*, i. e. judicaverit.

20 Τὴν ἀξίαν.] Supple δίκην, aut ποινήν.

21 Εὐθύνας ὑπέχων.] i. e. Scrutinium ſubiens, ἡ γὰρ εὐθύνη ἐξέτασις, Heſych.

22 Ἐς πεδίον τὸν ἵππον.] Supple εἰσάγειν, aut aliquid tale, proverbialiter dictum. Ut *Gallus in ſuo ſterquilinio.* Lucianus non minus valet in *foro*, quam *equus* in campo.

4. Λου.

4. Λυ. Θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα· οὐδένα τοιοῦτον [23] διαιτητὴν ὕποπτον, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ᾽ ἂν γενέσθαι, καὶ ὅστις [24] ἀποδόσεταί μοι τὴν ψῆφον. ὁρᾶτε γοῦν, τὴν Φιλοσοφίαν αὐτὴν μεθ᾽ ὑμῶν ποιοῦμαι δικάστριαν ἔγωγε. Πλ. Καὶ τίς ἂν κατηγορήσειεν, εἴγε ἡμεῖς δικάσομεν; Λυ. Οἱ αὐτοὶ κατηγορεῖτε, καὶ δικάζετε· οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο δέδια. τοσοῦτον ὑπερφέρω τοῖς δικαίοις, καὶ ἐκ περιουσίας ἀπολογήσεσθαι ὑπολαμβάνω. Πλ. Τί ποιοῦμεν, ὦ Πυθαγόρα, καὶ Σώκρατες; ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ ἄλογα προκαλεῖσθαι [25] δικάζεσθαι ἀξιῶν. Σω. Τί γὰρ ἄλλο, ἢ βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ δικαστήριον; καὶ τὴν Φιλοσοφίαν παραλαβόντες, ἀκούσωμεν ὅ, τι καὶ ἀπολογήσεται. [26] τὸ πρὸ δίκης γὰρ οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἰδιωτικὸν, ὀργίλων τινῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθεμένων. Παρέξομεν γοῦν ἀφορμὰς τοῖς κατηγορεῖν ἐθέλουσι, καταλεύσαντες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Καὶ ταῦτα, δικαιοσύνῃ χαίρειν αὐτοὶ λέγοντες, ἢ τί ἂν εἴποιμεν Ἀνύτου καὶ Μελίτου πέρι τῶν ἐμοῦ κατηγορησάντων, ἢ τῶν τότε δικαστῶν, εἰ οὗτος τεθνήξεται μηδὲ τὸ παράπαν

23 Διαιτητήν.] De hac voce vide quæ diximus Dial. 19. n. 34.

24 Ἀποδόσεται.] Ita habet Pariſienſis editio, & Aldi, necnon & liber vetuſtus impreſſus Haganoæ, A. D. 1539. Ut ἐκδόσεται in N. T. Mat. 21. v. 41. Sic enim legitur in multis, iiſque optimis exemplaribus. alii quidem libri in hoc loco habent ἀποδώσεται, & in illo N. T. ἐκδώσεται. Nec quiſquam Grammaticorum, quod ſcimus, eſt; qui agnoſcit aliud fut. at nihilominus poſtulat ἀναλογία potius δόσομαι. Med. à δίδωμι quam δώσομαι. Nam ut à δέδωκα, fit δέδομαι, ſic à δώσω δώσομαι, atque ut à δέδομαι fit verbale δόμα, ſic à δόσομαι δόσις.

25 Δικάζεσθαι.] Interpres reddit *judicio experiri*, nec male, nam experiri apud juriſconſultos aliquando ſignificat paſſive, & *expertum eſt* pro *experimento probatum eſt*, legitur Agell. lib. 17. c. 7.

26 Τὸ πρὸ τῆς δίκης γὰρ.] Intellige παίειν, ἢ τύπτειν, ἢ ἀποκτείνειν, aut aliquid tale.

[27] ὕδατος μεταλαβών; Πλ. Ἄριστα παραινεῖς, ὦ Σώκρατες, ὥστε ἀπίωμεν ἐπὶ τὴν Φιλοσοφίαν, ἡ δὲ δικασάτω. Καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἷς ἂν ἐκείνη διαγνῷ. Λου. Εὖγε, ὦ σοφώτατοι. ἀμείνω ταῦτα, καὶ νομιμώτερα. τοὺς μέντοι λίθους φυλάττετε, ὡς ἔφην. δεήσει γὰρ αὐτῶν μικρὸν ὕστερον ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Ποῦ δὲ τὴν Φιλοσοφίαν εὕροι τις ἄν; οὐ γὰρ οἶδα ἔνθα οἰκεῖ. Καίτοι πάνυ πολὺν ἐπλανήθην χρόνον ἀναζητῶν τὴν οἰκίαν, ὡς συγγενοίμην αὐτῇ. Εἶτα ἐντυγχάνων ἄν τισι τριβώνια περιβεβλημένοις, καὶ πώγωνας βαθεῖς καθειμένοις, * παρ᾽ αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσκουσιν, οἰόμενος εἰδέναι αὐτοὺς, ἀνηρώτων. Οἱ δὲ πολὺ μᾶλλον ἐμοῦ ἀγνοοῦντες, ἢ οὐδὲν ὅλως ἀπεκρίνοντό μοι, ὡς μὴ ἐλέγχοιντο οὐκ εἰδότες, ἢ ἄλλην θύραν ἀντ᾽ ἄλλης ἀπεδείκνυον. οὐδέπω γοῦν καὶ τήμερον ἐξευρεῖν δεδύνημαι τὴν οἰκίαν.

5. Πολλάκις δὲ αὐτὸς * εἰκάσας, ἢ ξεναγήσαντός τινος, ἧκον ἂν ἐπί τινας θύρας, βεβαίως ἐλπίσας τότε γοῦν εὑρηκέναι· τεκμαιρόμενος τῷ πλήθει τῶν ἐσιόντων τε καὶ ἐξιόντων ἁπάντων σκυθρωπῶν, καὶ τὰ σχήματα εὐσταλῶν, καὶ φροντιστικῶν τὴν πρόσοψιν. Μετὰ τούτων οὖν [28] ξυμπαραβυσθεὶς, καὶ αὐτὸς ἐσῆλθον ἄν· εἶτα ἑώρων γύναιόν τι οὐχ ἁπλοϊκὸν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα [29] ἐς τὸ ἀσφαλὲς καὶ ἀκόσμητον

27 Μηδὲ τὸ παράπαν ὕδατος μεταλαβών.] ad verbum *Nullius omnino particeps aquæ*, i.e. *non dicta*, vel *inaudita cauſſa*. Oratores enim ad Menſuram in Clepſydra currentis aquæ agebant cauſſas.

* Παρὰ αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσκουσιν.] Interp. *ſe ad eam conferre dicebant*. Malo *ſe ab ea venire*.

* Εἰκάσας.] Interp. *ſuſpicans*. Mallem *conjecturis viam explorans*.

28 Ξυμπαραβυσθείς.] Decompoſitum à ξὺν, παρὰ, & βύζομαι *confertim impleor*; reddas *denſa turba miſtus*.

29 Ἐς τὸ ἀσφαλές.] J. G. Grævius in notis vult pro ἀσφαλὲς legi ἀφελὲς,

7. Ἑρ. Οὐδὲν δεινὸν εἰργάσω, ὦ Προμηθεῦ, ὃς πρῶτα μὲν τὴν νομὴν τῶν κρεῶν [8] ἐγχειρισθεὶς, οὕτως ἄδικον ἐποιήσω, καὶ ἀπατηλὴν, ὡς αὑτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ὑπεξελέσθαι, τὸν Δία δὲ παραλογίσασθαι, ὀστᾶ καλύψας [9] ἀργέτι δημῷ; μέμνημαι Ἡσιόδου νὴ Δί' οὕτως εἰπόντος. ἔπειτα δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας πανουργότατα ζῶα, καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ τιμιώτατον κτῆμα τῶν θεῶν τὸ πῦρ κλέψας, καὶ τοῦτο ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις τοσαῦτα δεινὰ εἰργασμένος, φὴς μεδὲν ἀδικήσας δεδέσθαι; Πρ. Ἔοικας, ὦ Ἑρμῆ, καὶ σὺ κατὰ [10] τὸν ποιητὴν ἀναίτιον αἰτιᾶσθαι, ὃς τὰ τοιαῦτα προφέ-

7 Κρόνε καὶ Ἰάπετε.] Κρόνος πατὴρ ἦν τοῦ Διός· ὁ δὲ Ἰάπετος ἀδελφὸς Προμηθέως. ἦσαν τῶν διωχθέντων ἀπὸ Διὸς καὶ θεῶν διὰ τοῦτο αὐτοὺς καλεῖ. Ita Schol. Sed Heſiod. dicit Japetum Promethei eſſe patrem, Θεογ. 510. & fratrem Saturni, ambos ſcilicet filios terræ & cœli, & è numero Titanum. Idem dicit etiam & Apollodor. lib. 1. cap. 1.

8 Ἐγχειρισθείς.] Ἐμπιστευθεὶς τὴν νομήν. Helleniſmus eſt, qualem videas Method. noſtr. p. 132.

9 Ἀργέτι.] A Nominat. ἀργὴς pro ἀργῆς. ποιητικῶς. ἀργέτι δημῷ Homeri ſunt Ιλ. λ. 817. & Heſiod. Θεογ. v. 540.

10 Κατὰ τὸν ποιητήν.] Homerum ſcilicet Ιλ. ν. 775. Ἕκτορ, ἐπεί τοι θυμὸς ἀναίτιον αἰτιάασθαι.

ρεις,

ρεις, ἐφ' οἷς ἔγωγε, τῆς ἐν [11] πρυτανείῳ σιτήσεως, εἰ τὰ δίκαια ἐγίνετο, [12] ἐτιμησάμην ἂν ἐμαυτόν. [13] εἰ γοῦν σχολή σοι, ἡδέως ἄν σοι καὶ δικαιολογησαίμην ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων, ὡς δείξαιμι ἄδικα [14] ἐγνωκότα περὶ ἐμοῦ τὸν Δία. σὺ δὲ στωμύλος γὰρ εἶ καὶ δικανικός, ἀπολόγησαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς δικαίαν τὴν ψῆφον ἔθετο ἀνεσταυρῶσθαί με πλησίον τῶν Κασπίων τούτων πυλῶν, ἐπὶ τοῦ Καυκάσου, οἴκτιστον θέαμα πᾶσι Σκύθαις. Ἑρ. [15] Ἕωλον μὲν, ὦ Προμηθεῦ, [16] τὴν ἔφεσιν ἀγωνιῇ, καὶ ἐς οὐδὲν δέον, ὅμως δ' οὖν λέγε, καὶ γὰρ ἄλλως περιμένειν ἀναγκαῖον, ἔστ' ἂν ὁ ἀετὸς καταπτῇ ἐπιμελησόμενός σου τοῦ ἥπατος. τὴν ἐν τῷ μέσῳ δὴ ταύτην σχολὴν [17] καλῶς ἂν εἴη ἔχον, εἰς ἀκρόασιν καταχρήσασθαι σοφιστικὴν, οἷος εἶ σὺ πανουργότατος ἐν τοῖς λόγοις. Πρ. Πρότερος οὖν, ὦ Ἑρμῆ, λέγε. [18] καὶ ὅπως μου ὡς δεινότατα κατηγορήσῃς, μηδὲ [19] καθυφῇς τι τῶν δικαίων τοῦ πατρός. σὲ δὲ, ὦ Ἥφαιστε, δικαστὴν ποιοῦμαι ἔγωγε. Ἡφ. Μὰ Δί', ἀλλὰ κατήγορον ἀντὶ τοῦ

11 Ἐν Πρυτανείῳ.] Πρυτανεῖον δέ ἐστι ἐν ᾧ οἱ πρῶτοι συνήγοντο τῶν βουλευτῶν, ὅθεν καὶ τὰς σιτήσεις ἀπέλυον, τοὺς δέ τι μέγα εἰργασμένους τῶν πολιτικῶν καλῶν ταύτῃ δωρεᾷ οἱ πάλαι ἐτίμων.

12 Ἐτιμησάμην ἄν.] Ita omnes quos vidi libros. Schol. ἐτιμησαίμην ἄν.] ἄξιον ἂν ἐμαυτὸν ἔλεγον.

13 Εἰ γοῦν.] *Si vero*, Luſcin.

14 Ἐγνωκότα.] Γινώσκω, non ſecus ac Latinum *cognoſco*, eſt verbum forenſe & aliquando *judico* aut *fero ſententiam* ſignificat.

15 Ἕωλον.] Ψυχρὸν καὶ ἀνωφελὲς, ut cibi ſunt qui in craſtinum diem ſervantur, id enim ἕωλος propr. ſignificat; vid. prius n. 96.

16 Ἔφεσιν ἀγωνιῇ.] Ἔφεσίς ἐστιν ἡ ἀπὸ δικαστηρίου εἰς ἄλλο δικαστήριον μετάβασις, ἣν καλοῦσι ἔκκλητον, φησὶ δὲ ὅτι ἀνωφελὴς σοι ἐστὶν ἡ ἔφεσις, μετὰ γὰρ τὴν ψῆφον τοῦ Διὸς οὐδὲν ποιῆσαι ἄλλο δυνάμεθα. ἔφεσιν δὲ οἱ δικανικοὶ φασὶν, ἡνίκα ὁ κρινόμενος μεῖζον δικαστήριον ἐξαιτῆται.

17 Καλῶς ἂν εἴη ἔχον.] Καλῶς ἔχει bene ſe habet. καλῶς ἔχον res *bene ſe habens*, i. e. bonum. recte igitur Interpres *bonum* fuerit.

18 Καὶ ὅπως μου ὡς δικαιότατα καταγορήσῃς.] Videtur deeſſe ὅρα, ut alibi Tyr. n. 73.

19 Καθυφῇς.] Decompoſitum à κατὰ, ὑπὸ, & ἵημι. προδῷς καταλίπῃς, Heſych.

δικαστοῦ [20] ἴσθι με ἕξων. ὃς τὸ πῦρ ὑφελόμενος ψυχρὰν μοι τὴν κάμινον ἀπολέλοιπας. Πρ. Οὐκοῦν διελόμενοι τὴν κατηγορίαν, σὺ μὲν περὶ τῆς κλοπῆς ἤδη συνείρε. ὁ Ἑρμῆς δὲ καὶ τὴν ἀνθρωποποιΐαν καὶ τὴν κρεανομίαν αἰτιάσεται, ἄμφω δὲ τεχνῖται, καὶ εἰπεῖν δεινοὶ ἐοίκατε εἶναι. Ἡφ. Ὁ Ἑρμῆς καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ ἐρεῖ. ἐγὼ [21] γὰρ οὐ περὶ λόγοις τοῖς δικανικοῖς εἰμι, ἀλλ᾽ ἀμφὶ τὴν κάμινον ἔχω τὰ πολλά. ὁ δὲ ῥήτωρ ἐστὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ παρέργως μεμελέτηται αὐτῷ.

2. Πρ. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἄν ποτε ᾤμην καὶ περὶ τῆς κλοπῆς τὸν Ἑρμῆν ἐθελῆσαι ἂν εἰπεῖν, οὐδὲ ὀνειδιεῖν μοι τὸ τοιοῦτο ὁμοτέχνῳ ὄντι. πλὴν ἀλλ᾽ εἰ καὶ τοῦτο, ὦ Μαίας παῖ, [22] ὑφίστασαι, καιρὸς ἤδη περαίνειν τὴν κατηγορίαν. Ἑρμῆς. [23] Πάνυ γοῦν, ὦ Προμηθεῦ, μακρῶν δεῖ λόγων, καὶ ἱκανῆς τινος παρασκευῆς, ἐπὶ τὰ σοὶ πεπραγμένα. οὐχὶ δὲ ἀπόχρη μόνα τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τῶν ἀδικημάτων, ὅτι [24] ἐπιτραπέντι σοι μοιρᾶσαι τὰ κρέα, σαυτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ἐφύλαττες, ἐξηπάτησας δὲ τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας [25] οὐδὲν δέον. καὶ τὸ πῦρ κλέψας παρ᾽ ἡμῶν, ἐκόμισας παρ᾽ αὐτοὺς καί μοι δοκεῖς, ὦ βέλτιστε, μὴ συνιέναι ἐπὶ τοῖς τηλικούτοις, πάνυ φιλανθρώπου τοῦ Διὸς πεπειρα-

20 Ἴσθι με ἕξων.] *Scito te me habiturum*, vel *eſto me habiturus*; nam ἴσθι, imperat. eſt, & ab ἴσημι ſcio & ab εἰμὶ ſum.

21 Ἐγὼ γὰρ οὐ πρὸς λόγοις δικανικοῖς, &c.] Videtur melius vertiſſe hunc locum Benedictus, *ego enim ad judiciales diſſertationes non ſum comparatus, ſed de rebus quæ ad focum pertinent multa quidem dicere poſſum.*

22 Ὑφίστασαι.] *Suſcipis.*

23 Πάνυ γοῦν.] Exponas γοῦν *profecto* potius quam *igitur.*

24 Ἐπιτραπέντι.] Græciſmus, ut prius n. 8.

25 Οὐδὲν δέον.] Οὐδὲν pro οὐ.

μένος.

μένος· εἰ μὲν οὖν ἔξαρνος εἶ μὴ εἰργάσθαι αὐτά, δεήσει καὶ διελέγχειν, καὶ ῥῆσίν τινα μακρὰν ἀποτείνειν. καὶ πειρᾶσθαι [26] ὡς ἔνι μάλιστα ἐμφανίζειν τὴν ἀλήθειαν. εἰ δὲ φὴς τοιαύτην [27] πεποιῆσθαι τὴν νομὴν τῶν κρεῶν, καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους καινουργῆσαι, καὶ τὸ πῦρ κεκλοφέναι, ἱκανῶς κατηγόρηταί μοι καὶ μακρότερα οὐκ ἂν εἴποιμι, λῆρος γὰρ ἄλλως τὸ τοιοῦτον. Πρ. [28] Εἰ μὲν καὶ ταῦτα λῆρός ἐστιν ἃ εἴρηκας, ὀψόμεθα μικρὸν ὕστερον. ἐγὼ δὲ καὶ ἐπείπερ ἱκανὰ φὴς εἶναι τὰ κατηγορημένα, πειράσομαι ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διαλύσασθαι τὰ ἐγκλήματα. καὶ πρῶτον μὲν ἄκουσον τὰ περὶ τῶν κρεῶν· καίτοι, νὴ τὸν οὐρανόν, καὶ νῦν λέγων ταῦτα, αἰσχύνομαι ὑπὲρ τοῦ Διός, εἰ οὕτω μικρολόγος καὶ μεμψίμοιρός ἐστι. [29] ὡς διότι μικρὸν ὀστοῦν ἐν τῇ μερίδι εὗρεν, ἀνασκολοπισθησόμενον πέμπειν [30] παλαιὸν οὕτω θεὸν μήτε τῆς Συμμαχίας μνημονεύσαντα, μήτε αὐτὸ τῆς ὀργῆς τὸ κεφάλαιον ὅ ἐστιν ἐννοήσαντα καὶ ὡς μειρακίου τὸ τοιοῦτον ὀργίζεσθαι, καὶ ἀγανακτεῖν, εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς * λήψεται· καίτοι τάς γε ἀπάτας, ὦ Ἑρμῆ τὰς τοιαύτας συμποτικὰς οὔσας, οὐ χρὴ οἶμαι ἀπομνημονεύειν. ἀλλ᾽ εἰ καί τι ἡμάρτηται μεταξὺ εὐωχουμένων, παιδιὰν ἡγεῖσθαι, καὶ αὐτοῦ ἐν τῷ συμποσίῳ καταλιπεῖν τὴν ὀργήν, ἐς δὲ τὸ αὔριον ταμιεύεσθαι τὸ μῖσος, καὶ μνησικακεῖν, [31] καὶ

26 Ὡς ἔνι μάλιστα.] Ἔνι pro ἔνεστι *licet*, i.e. quantum licet maxime.

27 Πεποιῆσθαι.] Paſſivæ vocis & Activæ ſignificationis, ut εἰργάσθαι paulo ante.

28 Εἰ μέν.] i.e. utrum.

29 Διότι.] Pro διὰ ὅ, τι παρέλκει autem poſt ὡς.

30 Παλαιὸν οὕτω θεόν.] Ita loquitur de ſe παλαιὸν θεόν. qualem ſcilicet eum facit Heſiodus in Θεογ. 510. utpote filium Japeti.

* Εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται.] Λήψηται, Jenſius.

31 Ἕωλον.] De hac voce vide Tyran. 96. hic enim *heſternum* ſignificat non ut prius n. 15.

ἑωλόν τινα μνήμην διαφυλάττειν, ἄπαγε, οὔτε θεοῖς πρέπον, οὔτε ἄλλως βασιλικόν.

3. Ἢν γοῦν ἀφέλῃ τις τῶν συμποσίων τὰς κομψείας ταύτας, ἀπάτην καὶ σκώμματα, καὶ τὸ [32] σιλλαίνειν, καὶ ἐπιγελᾶν, [33] καταλειπόμενόν ἐστι μέθη, καὶ κόρος, καὶ σιωπή, σκυθρωπὰ καὶ ἀτερπῆ πράγματα, καὶ ἥκιστα συμποσίῳ πρέποντα. ὥστε ἐγὼ οὐδὲ μνημονεύειν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἔτι ᾤμην τὸν Δία. οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν, καὶ πάνδεινα ἡγήσεσθαι πεπονθέναι, εἰ διανέμων τις κρέα, παιδιάν τινα ἔπαιζε, πειρώμενος εἰ διαγνώσεται τὸ βέλτιον ὁ αἱρούμενος. τίθει δὲ, ὦ Ἑρμῆ, τὸ χαλεπώτερον, μὴ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἀπονενεμηκέναι τῷ Διῒ, τὴν δὲ ὅλην ὑφῃρῆσθαι. τί οὖν διὰ τοῦτο ἐχρῆν, [34] τὸ τοῦ λόγου, τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἀναμεμῖχθαι, καὶ δεσμὰ, καὶ σταυροὺς, καὶ Καύκασον ὅλον ἐπινοεῖν, καὶ ἀετοὺς καταπέμπειν, καὶ τὸ ἧπαρ ἐκκόπτειν; ὅρα γὰρ μὴ πολλὴν ταῦτα κατηγορῇ τοῦ ἀγανακτοῦντος αὐτοῦ μικροψυχίαν, καὶ ἀγένειαν τῆς γνώμης, καὶ πρὸς ὀργὴν εὐχέρειαν. τί ἂν ἐποίησεν οὗτος ὅλον βοῦν ἀπολέσας, εἰ κρεῶν ὀλίγων ἕνεκα τοιαῦτα ἐργάζεται; καίτοι πόσῳ οἱ ἄνθρωποι εὐγνωμονέστερον διάκεινται πρὸς τὰ τοιαῦτα, οὓς εἰκὸς ἦν καὶ τὰ ἐς ὀργὴν ὀξυτέρους εἶναι τῶν θεῶν; ἀλλ' ὅμως ἐκείνων οὐκ ἔστιν ὅστις τῷ μαγείρῳ [35] σταυ-

32 Σιλλαίνειν.] Multa habet de hac voce Scholiaſtes, maximam partem ἐκ τοῦ Ἐτυμολογικοῦ μεγάλου deprompta, quæ, quoniam nugatoria videntur, non libet deſcribere. melius Heſych. Σιλλαίνειν σιλλοῦν τὸ διασύρειν καὶ μωκᾶσθαι ἀπὸ τοῦ τοῖς ἰλλοῖς, τουτέστι τοῖς ὀφθαλμοῖς σιλλαίνειν.

33 Τὸ καταλειπόμενον ἐστὶ μέθη.] Sic apud Latinos, *triſte lupus ſtabulis. varium & mutabile ſemper femina.*

34 Τὸ τοῦ λόγου.] Ἐλλείπει κατὰ, modus loquendi Græcorum proprius.

35 Σταυροῦ ἂν τιμήσαιτο.] Ἐλλείπει δίκην.

ρου ἂν τιμήσαιτο, εἰ τὰ κρέα ἕψων, καθεὶς τὸν δάκτυλον τοῦ ζωμοῦ περιελιχμήσατο, ἢ ὀπτωμένων [36] ἀποσπάσας τῶν κρεῶν κατεβεβρόχθισεν, ἀλλὰ [37] συγγνώμην ἀπονέμουσιν αὐτοῖς. εἰ δὲ καὶ πάνυ ὀργισθεῖεν, ἢ [38] κονδύλους ἐνέτριψαν, ἢ καὶ [39] κατὰ κόρρης ἐπάταξαν, ἀνεσκολοπίσθη δὲ οὐδεὶς παρ' αὐτοῖς τῶν τηλικούτων ἕνεκα. καὶ περὶ μὲν τῶν κρεῶν, τοσαῦτα. αἰσχρὰ μὲν κἀμοὶ ἀπολογεῖσθαι, πολὺ δὲ αἰσχίω κατηγορεῖν ἐκείνῳ.

4. Περὶ δὲ τῆς πλαστικῆς, καὶ ὅτι τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησα, καιρὸς ἤδη λέγειν. τοῦτο δὲ, ὦ Ἑρμῆ, διττὴν ἔχον τὴν κατηγορίαν, οὐκ οἶδα καθ' ὃ πρότερον αἰτιᾶσθέ με. πότερα, ὡς οὐδὲ ὅλως ἐχρῆν τοὺς ἀνθρώπους γεγονέναι, ἀλλ' * ἄμεινον ἦν ἀτρεμεῖν αὐτοὺς γῆν ἄλλως ὄντας ἀνέργαστον, ἢ ὡς πεπλάσθαι μὲν ἐχρῆν, ἄλλον δέ τινα καὶ μὴ τοῦτον διεσχηματίσθαι τὸν τρόπον; ἐγὼ δὲ ὅμως ὑπὲρ ἀμφοῖν ἐρῶ. καὶ πρῶτόν γε ὡς οὐδεμία τοῖς θεοῖς ἀπὸ τούτου βλάβη γεγένηται, τῶν ἀνθρώπων ἐς τὸν βίον παρεχθέντων, πειράσομαι δεικνύειν. [40] ἔπειτα δὲ ὡς καὶ συμφέροντα καὶ ἀμείνω ταῦτα αὐτοῖς παρὰ πολὺ, ἢ εἰ ἐρήμην καὶ ἀπάνθρωπον συνέβαινε τὴν γῆν μένειν [41] ἦν τοίνυν πάλαι (ῥᾷον γὰρ οὕτω δῆλον ἂν γένοιτο εἴ τι ἠδι-

36 Ἀποσπάσας τῶν κρεῶν.] i. e. τι τῶν κρεῶν, vid. M. n. p. 127.

37 Συγγνώμην ἀπονέμουσιν αὐτοῖς.] Pro αὐτῷ.

38 Κονδύλους ἐνέτριψαν.] Ἐλλείπει αὐτῷ; ſimilis locutio apud Plut. in Alcibiade, ἐνέτριψε κόνδυλον τῷ Ἱππονίκῳ ἐπὶ γέλωτι. κόνδυλος δὲ παρὰ τὴν κάμψιν τῶν δακτύλων.

39 Κατὰ κόρρης ἐπάταξαν.] Theocrit. εἰδ. 18, v. 34. πὺξ ἐπὶ κόρρας ἤλασα, i. e. πυγμῇ τὴν σιαγόνα αὐτῷ ἔπαισε, ut Scholiaſtes habet.

* Ἄμεινον ἦν ἀτρεμεῖν.] Ἡσυχάζειν, Heſych.

40 Ἔπειτα δὲ ὡς.] Melius Benedict. *deinde, etiam.*

41 Ἦν τοίνυν πάλαι.] Deeſt ἔτος, *atqui ita erat olim*, ita Moquot. ſed aliter Benedict. vid. annotat. in Lat. verſionem. N. 11.

κηνται

ᾤκησα ἐγὼ μετακοσμήσας, καὶ νεωτερίσας τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους) τὸ θεῖον μόνον καὶ τὸ ἐπουράνιον γένος. ἡ γῆ δὲ, ἄγριόν τι χρῆμα καὶ ἄμορφον ὕλαις ἅπασα, καὶ ταύταις ἀνημέροις λάσιος. οὔτε δὲ βωμοὶ θεῶν, ἢ νεώς. πόθεν δὲ ἄγαλμα, ἢ ξόανον, ἢ τί ἄλλο τοιοῦτο, οἷα πολλὰ νῦν ἁπανταχόθι φαίνεται μετὰ πάσης ἐπιμελείας τιμώμενα; ἐγὼ δὲ, ἀεὶ γάρ τι προβουλεύω εἰς τὸ κοινὸν, καὶ σκοπῶ ὅπως αὐξηθήσεται μὲν τὰ τῶν θεῶν, [42] ἐπιδώσει δὲ καὶ τἄλλα πάντα εἰς κόσμον, καὶ κάλλος, ἐνενόησα ὡς ἄμεινον εἴη ὀλίγον ὅσον τοῦ πηλοῦ λαβόντα, ζῶά τινα συστήσασθαι, καὶ ἀναπλάσαι μὲν τὰς μορφὰς, ἡμῖν αὐτοῖς [43] προσεοικότα. καὶ γὰρ ἐνδεῖν τι ᾤμην τῷ θείῳ, [44] μὴ ὄντος τοῦ ἐναντίου αὐτῷ. καὶ πρὸς ὃ ἔμελλεν ἡ [45] ἐξέτασις γιγνομένη, [46] εὐδαιμονέστερον ἀποφαίνειν αὐτό. θνητὸν μέντοι αὐτὸ εἶναι, εὐμηχανώτατον δ᾽ ἄλλως, καὶ συνετώτατον, καὶ τοῦ βελτίονος αἰσθανόμενον. καὶ δὴ [47] κατὰ τὸν ποιητικὸν λόγον γαῖαν ὕδει φύρας, καὶ διαμαλάξας, ἀνέπλασα τοὺς ἀνθρώπους. καὶ τὴν Ἀθηνᾶν παρακαλέσαι συνεπιβαλέσθαι μοι τοῦ ἔργου.

5. [48] Ταῦτ᾽ ἐστὶν ἃ μεγάλα ἐγὼ τοὺς θεοὺς ἠδίκηκα. καὶ τὸ ζημίωμα ὁρᾷς πηλίκον, εἰ ἐκ πηλοῦ ζῶα πεποίηκα, καὶ τὸ τέως ἀκίνητον, εἰς κίνησιν ἤγαγον. καὶ [49] ὡς ἔοικε τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου, ἧττον θεοί εἰ-

42 Ἐπιδώσει.] Benedict. *incrementum capient*, videtur deeſſe τί. *addent aliquid.*

43 Ἡμῖν αὐτοῖς προσεοικότα.] Vocavit ſe ſupra παλαιὸν θεὸν, n. 30. & hic numerat ſe inter Deos.

44 Μὴ ὄντος τοῦ ἐναντίου.] Τὸ ἐναντίον *ex adverſo aliquid.*

45 Ἐξέτασις.] Ἀντὶ τοῦ παράθεσις, Schol.

46 Εὐδαιμονέστερον.] Τοῦ θείου δηλονότι.

47 Κατὰ τὸν ποιητικὸν λόγον.] Heſiod. ἔργ. 61. Γαῖαν ὕδει φύρας, &c.

48 Ταῦτ᾽ ἐστὶν.] Βαρύτατος ὁ λόγος.

49 Ὡς ἔοικε τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου.] Benedict. videtur ſubintelligere χρόνου, & ita exponit & *quemadmodum videtur ab illo tempore.* τὸ παρέλκει.

σιν οἱ θεοί, διότι καὶ ἐπὶ γῆς θνητὰ ζῶα τινὰ γεγένηται. οὕτω γὰρ καὶ ἀγανακτεῖ ὁ Ζεύς, ὥσπερ ἐλαττουμένων τῶν θεῶν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως. εἰ μὴ ἄρα τοῦτο δέδιε, μὴ καὶ οὗτοι ἀπόστασιν ἐπ' αὐτὸν βουλεύσωσι, καὶ πόλεμον ἐξενέγκωσι πρὸς τοὺς θεούς, ὥσπερ οἱ γίγαντες. ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ οὐδὲν ἠδίκησθε πρὸς ἐμοῦ, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῶν ἐμῶν ἔργων, δῆλον. ἢ σὺ δεῖξόν τι καὶ ἓν τὸ μικρότατον, κἀγὼ σιωπήσομαι, καὶ δίκαια ἔσομαι πεπονθὼς πρὸς ὑμῶν. ὅτι δὲ χρήσιμα ταῦτα γεγένηται τοῖς θεοῖς, οὕτως ἂν μάθοις, εἰ ἐπιβλέψειας τὴν γῆν οὐκέτι αὐχμηρὰν καὶ [50] ἀκαλλῆ οὖσαν, ἀλλὰ πόλεσι, καὶ γεωργίαις καὶ φυτοῖς ἡμέροις διακεκοσμημένην, καὶ τὴν θάλατταν πλεομένην, καὶ τὰς νήσους κατοικουμένας, ἁπανταχοῦ δὲ βωμούς, καὶ θυσίας, καὶ ναούς, καὶ πανηγύρεις. μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δὲ ἀνθρώπων ἀγοραί. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐμαυτῷ μόνῳ κτῆμα τοῦτο ἐπλασάμην, [51] ἐπλεονέκτουν ἂν τῆς χρήσεως. νῦν δ' εἰς τὸ κοινὸν φέρων, τέθεικα ὑμῖν αὐτοῖς. [52] μᾶλλον δὲ Διὸς μὲν καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ σοῦ δέ, ὦ Ἑρμῆ, νεὼς ἰδεῖν ἁπανταχοῦ ἔστι. Προμηθέως δὲ οὐδαμῶς. ὁρᾷς ὅπως τἀμαυτοῦ μόνα σκοπῶ, τὰ κοινὰ δὲ καταπροδίδωμι, καὶ ἐλάττω ποιῶ. [53] τίθει δέ μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τόδε, ἐννόησον εἴ τι σοι δοκεῖ ἀγαθὸν ἀμάρτυρον ἢ κτῆμα, ἢ ποίημα, ὃ μη-

50 Ἀκαλλῆ οὖσαν.] Schol. ἀκαμῆ οὖσαν] γράφεται δὲ καὶ ἀκαλῆ ἀντὶ τοῦ ἀπαρασκεύαστον, ἀπεριποίητον, ἀκατέργαστον.

51 Ἐπλεονέκτουν.] Πλεονεκτέω τὸ πλέον ἔχω, Suid.

52 Μᾶλλον δὲ Διὸς μὲν καὶ Ἀπόλλωνος.] Κατ' εἰρωνείαν, καὶ τοῦτο βαρύτητος εἰρωνεία.

53 Τίθει.] i. e. *da mihi* vel *concede mihi*, eſt aut τίθει Imperat. tanquam à τιθέω, τιθέεις, τιθεῖ. Vide Method. n. p. 99.

δείς

δεὶς ὄψεται, μὴ δὲ ἐπαινέσεται [54] ὁμοίως ἡδὺ καὶ τερπνὸν ἔσεσθαι τῷ ἔχοντι· [55] πρὸς δή τι τοῦτ' ἔφην, ὅτι μὴ γιγνομένων τῶν ἀνθρώπων, ἀμάρτυρον συνέβαινε τὸ κάλλος εἶναι τῶν ὅλων, καί πλοῦτόν τινα πλουτήσειν ἐμέλλομεν, οὔτε ὑπ' ἄλλου τινὸς θαυμασθησόμενον, οὔτε ἡμῖν αὐτοῖς [54] ὁμοίως τίμιον. οὐδέ γὰρ ἂν εἴχομεν πρὸς ὅ, τι ἔλαττον [56] παραθῶμεν αὐτόν. οὐδ' ἂν συνίεμεν ἡλίκα εὐδαιμονοῦμεν, οὐχ ὁρῶντες ἀμοίρους τῶν ἡμετέρων τινάς. οὕτω γὰρ δὴ καὶ τὸ μέγα δειχθείη ἂν μέγα, εἰ τῷ μικρῷ παραμετροῖτο. ὑμεῖς δέ, τιμᾶν ἐπὶ [57] τῷ πολιτεύματι τούτῳ δέον, ἀνεσταυρώκατέ με, καί ταύτην μοι τὴν ἀμοιβὴν ἀποδεδώκατε τοῦ βουλεύματος.

6. Ἀλλὰ * κακοῦργοί τινες φὴς εἶναι ἐν αὐτοῖς, καὶ μοιχεύουσι, πολεμοῦσι, καὶ ἀδελφὰς γαμοῦσι, καὶ πατράσιν ἐπιβουλεύουσι. παρ' ἡμῖν γὰρ οὐχὶ πολλὴ τούτων [58] ἀφθονία; καὶ οὐδήπου διὰ τοῦτο αἰτιάσαιτ' ἄν τις τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν, ὅτι ἡμᾶς συνεστήσαντο; [59] ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἴσως φαίης ἄν, ὅτι [60] ἀνάγκη πολλὰ ἡμᾶς ἔχειν πράγματα ἐπιμελουμένους αὐτῶν. οὐκοῦν διά γε τοῦτο καὶ ὁ νομεὺς ἀχθέσθω ἐπὶ τῷ ἔχειν τὴν ἀγέλην, διότι ἀναγκαῖον αὐτῷ ἐπιμελεῖ-

54 Ὁμοίως.] Τουτέστι ἴσως, *æque.*

55 Πρὸς δή τι τοῦτο ἔφην.] Grævius vult legi interrogativè, *Quare autem hæc dixi?*

56 Παραθῶμεν αὐτῷ.] Ἀντὶ τοῦ ἐξετάζοιμεν, συγκρίνοιμεν, παραβάλλοιμεν· γράφεται δὲ καὶ παραθεωρῶμεν, Schol.

57 Ἐπὶ τῷ πολιτεύματι.] Benedict. *pro bene conſulto facinore* proprie quod ad *Civitatem* ſpectat.

* Κακοῦργοί τινες φὴς εἶναι.] Εἰσὶ, Jenſ.

58 Ἀφθονία.] Πλῆθος, Heſych. quod ſcilicet ſupra invidiam eſt. miramur magna, *invidemus* tantum ea alicui, quorum aliquando ſperemus fieri compotes, ἀφθονία πλῆθος ἔξω φθόνου παντός, ut infra n. 67.

59 Ἐπεὶ καὶ τοῦτο φαίης ἄν.] Benedict. *quin &c.* Vigerus *veruntamen.*

60 Ὅτι ἀνάγκη.] Neglexit interpres ἀνάγκη, *quod neceſſe eſt*, &c.

θαι

σθαι αὐτῆς. ἢ εἰ τούτῳ γε ἐργῶδες τοῦτο, καὶ ἡδὺ ἄλλως, καὶ ἡ φροντὶς οὐκ * ἀτερπὴς ἔχουσά τινα [61] διατριβήν. τί γὰρ ἂν ἐπράττομεν, οὐκ ἔχοντες ὧν προνοούμεθα, ἠργοῦμεν ἂν, καὶ τὸ νέκταρ ἐπίνομεν, καὶ τῆς ἀμβροσίας ἐνεφορούμεθα, οὐδὲν ποιοῦντες. ὃ δὲ μάλιστά με [62] πνίγει, τοῦτ' ἐστὶν, οἱ μεμφόμενοι τὴν ἀνθρωποιΐαν, καὶ μάλιστα τὰς γυναῖκας, ὅμως ἐρᾶτε αὐτῶν, καὶ οὐ διαλείπετε κατιόντες, [63] ἄρτι μὲν ταῦροι, ἄρτι δὲ σάτυροι, καὶ κύκνοι γενόμενοι, καὶ θεοὺς ἐξ αὐτῶν ποιεῖσθαι ἀξιοῦντες· ἀλλ' ἐχρῆν, ἴσως φήσεις, ἀναπεπλάσθαι τοὺς ἀνθρώπους. ἄλλον δέ τινα τρόπον, ἀλλὰ μὴ ἡμῖν ἐοικότας· καὶ τί ἄλλο παράδειγμα τούτου ἄμεινον προεστησάμην, ὃ πάντως καλὸν ἠπιστάμην; ἢ ἀσύνετον καὶ θηριῶδες ἔδει, καὶ ἄγριον ἀπεργάζεσθαι τὸ ζῶον; καὶ πῶς ἂν ἢ θεοῖς ἔθυσαν, ἢ τὰς ἄλλας ὑμῖν τιμὰς ἀπένειμαν, οὐχὶ τοιοῦτοι γενόμενοι; ἀλλ' ὑμεῖς, ὅταν μὲν ὑμῖν τὰς ἑκατόμβας προσάγωσιν, οὐκ ὀκνεῖτε, κἂν ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν ἐλθεῖν δέοι [64] μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας. τὸν δὲ τῶν τιμῶν ὑμῖν καὶ τῶν θυσιῶν αἴτιον, ἀνεσταυρώκατε, περὶ μὲν οὖν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ταῦτα ἱκανά.

7. Ἤδη δὲ, εἰ δοκεῖ, ἐπὶ τὸ πῦρ μέτειμι, καὶ τὴν ἐπονείδιστον ταύτην κλοπήν. καὶ πρὸς θεῶν τοῦτό μοι

* Οὐκ ἀτερπής.] Grævius legi vult ἀτερπῆ, & refert ad διατριβήν.

61 Διατριβήν.] Ἡ διατριβὴ ἐνταῦθα τὴν ἄνεσιν σημαίνει, καὶ τὴν κατὰ σχολὴν ἀπόλαυσιν.

62 Πνίγει.] Proprie *ſuffoco*, Metaphorice *torqueo*, *male habeo*.

63 Ἄρτι μὲν ταῦροι, &c.] Ταῦτα πάντα ὁ Ζεὺς γέγονε· δι' Εὐρώπην ταῦρος, δι' Ἀντιόπην σάτυρος, διὰ Λήδαν κύκνος.

64 Μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας.] Verba ſunt Homeri Iliad. α 423. Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα.

ἀπόκειται, μηδὲν ὀκνήσας. * ἔσθ᾽ ὅτι ἡμεῖς τοῦ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν, ἐξ ὅτου καὶ παρ᾽ ἀνθρώποις ἐστίν; οὐκ ἂν εἴποις. αὕτη γὰρ οἶμαι φύσις τουτουῒ τοῦ κτήματος. οὐδέν τι ἔλαττον γίγνεται, εἰ καί τις ἄλλος αὐτοῦ μεταλάβοι. οὐ γὰρ ἀποσβέννυται [65] ἐναυσαμένου τινός. φθόνος δὴ ἄντικρυς τὸ τοιοῦτο, ἀφ᾽ ὧν μηδὲν ὑμεῖς ἠδίκησθε, τούτων κωλύειν μεταδιδόναι τοῖς δεομένοις, καίτοι θεούς γε ὄντας, ἀγαθοὺς χρὴ εἶναι, καὶ δωτῆρας [66] ἑάων, καὶ ἔξω φθόνου παντὸς [67] ἑστάναι. [68] ὅπου γε εἰ καὶ τὸ πᾶν τοῦτο πῦρ ὑφελόμενος κατεκόμισα εἰς τὴν γῆν, μηδ᾽ ὅλως τι αὐτοῦ καταλιπὼν, οὐ μέγα ὑμᾶς ἠδίκουν. οὐδὲ γὰρ ὑμεῖς δεῖσθε αὐτοῦ, μήτε ῥιγοῦντες, μήτε ἕψοντες τὴν ἀμβροσίαν, μήτε φωτὸς ἐπιτεχνητοῦ δεόμενοι. οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ εἰς τὰ ἄλλα μὲν ἀναγκαίως χρῶνται τῷ πυρὶ, μάλιστα δὲ εἰς τὰς θυσίας, ὅπως ἔχοιεν [69] κνισσᾶν, ἀγυιάς, καὶ τοῦ λιβανωτοῦ θυμιᾶν, [70] καὶ τὰ μηρία καίειν ἐπὶ τῶν βωμῶν. ὁρῶ δὲ ὑμᾶς μάλιστα χαίροντας τῷ καπνῷ, καὶ τὴν εὐωχίαν ταύτην ἡδίστην οἰομένους, ὁπόταν [71] εἰς τὸν οὐρανὸν ἡ κνίσσα γένηται ἑλισσομένη περὶ καπνῷ. ἐναντιωτάτη τοίνυν ἡ μέμψις ἂν γένοιτο αὕτη τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιθυμίᾳ. θαυμάζω δὲ ὅπως οὐχὶ καὶ τὸν ἥλιον κεκωλύκατε καταλάμπειν αὐτούς. [72] καίτοι πῦρ οὗτός

* Ἔσθ᾽ ὅτι.] Grævius ἔσθ᾽ ὅτε, Jenſius ἔσθ᾽ ὅ, τι.

65 Ἐναυσαμένου τινός.] Ἅψαντος, Schol.

66 Δωτῆρας ἑάων.] Ἀγαθῶν, Odyſſ. θ. 325. θεοὶ δωτῆρες ἑάων.

67 Ἑστάναι.] Non ut ſæpe ἑστᾶναι, ab ἕστημι ſcilicet, cujus Infinit. ἑστάναι.

68 Ὅπου γε εἰ καὶ, &c.] *Ubi ſi*, melius Benedict. *quandoquidem, etſi, &c.*

69 Κνισσᾶν.] θυμιᾶν, Schol.

70 Καὶ λιβανωτοῦ θυμιᾶν. Deeſt ἐκ vel τι ἐκ. Vide Method. noſtr. p. 117. regul. 12.

71 Εἰς οὐρανὸν κνίσσα γένηται.] Iliad. α. 317.

72 Πῦρ οὗτος.] i. e. Οὗτος ἥλιός ἐστι πῦρ, &c.

ἐπι

ἔστι πολὺ θειότερόν τε, καὶ πυρωδέστερον. ἢ κἀκεῖνον αἰτιᾶσθε, ὡς σπαθῶντα ἡμῶν τὸ κτῆμα; εἴρηκα. σφὼ δὲ, ὦ Ἑρμῆ, καὶ Ἥφαιστε, εἴ τι μὴ καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, διευθύνατε, καὶ διελέγχετε. κἀγὼ αὖθις ἀπολογήσομαι.

8. Ἑρ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Προμηθεῦ, πρὸς οὕτω γενναῖον σοφιστὴν ἁμιλλᾶσθαι· πλὴν ἀλλὰ [73] ὤνησο, διότι μὴ καὶ ὁ Ζεὺς ταῦτα ἐπήκουσέ σου. εὖ γὰρ οἶδα ὡς ἓξ καὶ δέκα γῦπας ἂν ἐπέστησέ σοι τὰ ἔγκατα ἐξαιρήσοντας. οὕτω δεινῶς αὐτοῦ κατηγόρηκας, ἀπολογεῖσθαι δοκῶν. ἐκεῖνο δέ γε θαυμάζω, πῶς μάντις ὢν, οὐ προεγίνωσκες οὕτω κολασθησόμενος. Προ. Ἠπιστάμην, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ταῦτα μὲν, καὶ ὅτι ἀπολυθήσομαι αὖθις, οἶδα. καὶ ἤδη τις ἐκ Θηβῶν ἀφίξεται σὸς φίλος οὐκ εἰς μακρὰν, κατατοξεύσων ὃν φὴς ἐπιπτήσεσθαί μοι τὸν ἀετόν. Ἑρ. [74] Εἰ γὰρ γένοιτο, ὦ Προμηθεῦ, ταῦτα, καὶ ἐπίδοιμί σε λελυμένον, καὶ κοινῇ σὺν ἡμῖν εὐωχούμενον. [75] οὐ μέν τοι γὰρ κρεανομοῦντά γε. Προ. Θάῤῥει. καὶ συνευωχήσομαι ὑμῖν, καὶ ὁ Ζεὺς λύσει με, οὐκ ἀντὶ μικρᾶς εὐδαιμονίας. Ἑρ. Τίνος ταύτης; μὴ γὰρ ὀκνήσῃς εἰπεῖν. Πρ. [76] Οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, τὴν Θέτιν; ἀλλ' οὐ

73 Ὤνησο.] Εὐφράνθητι, ὡμοίωσο, Scholiaſtes, aliter autem interpres, & quaſi ὤνησο eſſet pluſquam perfect. Indicat.

74 Εἰ γὰρ γένοιτο.] Εἰ pro εἴθε *utinam*, unde per apocopen derivari videtur, Devar. γὰρ παρέλκει.

75 Οὐ μέν τοι γὰρ.] *Non tamen*, ita Interpres, & ita etiam Devarius reddit.

76 Οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, τὴν Θέτιν;] Λέγουσι ὅτι ὁ Ζεὺς ἐρασθεὶς τῆς Θετίδος ἐδίωκε φθεῖραι βουλόμενος, ὡς δὲ ἐγένετο κατὰ τὸν Προμηθέα, ὁ Προμηθεὺς εἰς τὸν Δία ἔφη, ὅτι ἐὰν συγγένῃ τῇ Θέτιδι, ὁ ἐξ αὐτῆς γενόμενος ἀναιρεῖ σε, ὡς ἀνεῖλες σὺ τὸν πατέρα σου Κρόνον, καὶ αἰσθόμενος ὁ Ζεὺς, ὅτι ἀληθῆ εἶπεν, τὴν μὲν Θέτιν ἔζευξε τῷ Πηλεῖ. τὸν Προμηθέα δὲ δι' Ἡρακλέους τῶν δεσμῶν ἔλυσεν. ita Scholiaſtes. at juſſiſſe Jovem id facere Vulcanum patet ex proxime ſequente Dialogo.

χρὴ λέγειν. φυλάττειν γὰρ ἄμεινον τὸ ἀπόῤῥητον, ὡς μισθὸς εἴη, καὶ λύτρα μοι ἀντὶ τῆς καταδίκης. Ἑρ. Ἀλλὰ φύλαττε, ὦ Τιτάν, εἰ τοῦτ' ἄμεινον· ἡμεῖς δὲ ἀπίωμεν, ὦ Ἥφαιστε, καὶ γὰρ οὗτος ἤδη πλησίον ὁ ἀετός. ὑπόμενε οὖν καρτερῶς. 77 εἴη δέ γε ἤδη σοι τὸν Θηβαῖον, ὃν φῂς τοξότην ἐπιφανῆναι, ὡς παύσειέ σε ἀνατεμνόμενον ὑπὸ τοῦ ὀρνέου.

77 Εἴη δέ γε ἤδη σοι τὸν Θηβαῖον, ὃν φῂς τοξότην ἐπιφανῆναι.] Pro Ὁ Θηβαῖος τοξότης, ὃν φῂς ἐπιφανῆναι, *adſit tibi ille Thebanus ſagittarius, quem dicis affore*, in proprio loco reticetur Antecedens, & poſtea effertur cum Relativo; Similis locutio apud Latinos, *Cecidere manu quas legerat herbas*, Ovid.

ΔΙΑ΄ΛΟΓΟΣ ιβ΄. 12.

Προμηθέως καὶ Διός.

1. ΛΥσόν με, ὦ Ζεῦ, δεινὰ γὰρ ἤδη πέπονθα. Ζεύς. Λύσω σε 1 φῄς, ὃν ἐχρῆν βαρυτέρας πέδας ἔχοντα, καὶ τὸν Καύκασον ὅλον ὑπὲρ κεφαλῆς ἐπικείμενον, ὑπὸ 2 ἑκκαίδεκα γυπῶν μὴ μόνον κείρεσθαι τὸ ἧπαρ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεσθαι, ἀνθ' ὧν τοιαῦθ' ἡμῖν ζῶα ἀνθρώπους ἔπλασας. καὶ τὸ πῦρ ἔκλεψας, καὶ τὰς γυναῖκας ἐ-

1 Φῄς.] Cum Iota ſubſcripto, quod peculiare eſt ſecundæ perſonæ verbi φημὶ, nam τίθης à τίθημι, ἵσης ab ἵσημι, &c. ſcribuntur mera vocali.

2 Ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν.] Non ut prius ἓξ καὶ δέκα inter n. 72, & 73. in quæ verba ſic Scholiaſtes, ἓξ καὶ δέκα τὸ ξ Ἀττικῶς ἐφυλάχθη, αὐτοὶ γὰρ ἐπὶ τῆς τῶν Ἀριθμῶν συνθέσεως τὰ πλὴν φυλάττουσι τῶν ἁπλῶν. βάβαι· Lucianus, qui in priore Dialog. erat Atticus, hic non eſt Atticus.

δημιούργησας; ἃ μὲν γὰρ ἐμὲ ἐξηπάτησας ἐν τῇ διανομῇ τῶν κρεῶν, ὀστᾶ πιμελῇ κεκαλυμμένα μοι παραθείς. καὶ τὴν ἀμείνω τῶν μοιρῶν σεαυτῷ φυλάττων, τί χρὴ λέγειν; Προ. Οὐκοῦν ἱκανὴν ἤδη τὴν δίκην ἐκτέτικα [3] τοσοῦτον χρόνον τῷ Καυκάσῳ προσηλωμένος, [4] τὸν κάκιστα ὀρνέων ἀπολούμενον ἀετὸν τρέφων τῷ ἥπατι. Ζευ. Οὐδὲ [5] πολλοστημόριον τοῦτο, ὧν σε δεῖ παθεῖν.

2. Προ. Καὶ μὴν οὐκ [6] ἀμισθί με λύσεις, ὦ Ζεῦ, ἀλλά σοι μηνύσω πάνυ ἀναγκαῖον. Ζευ. Καταςοφίζῃ με, ὦ Προμηθεῦ. Προ. Καὶ τί πλέον ἕξω; οὐ γὰρ ἀγνοήσεις αὖθις ἔνθα ὁ Καύκασός ἐστιν, οὐδ' ἀπορήσεις δεσμῶν ἤν τι τεχνάζων ἁλίσκωμαι. Ζευ. Εἰπὲ πρότερον ὅν τινα μισθὸν ἀποτίσεις ἀναγκαῖον ἡμῖν ὄντα; Προ. Ἂν εἴπω ἐφ' ὅ, τι βαδίζεις νῦν, ἀξιόπιςος ἔσομαί σοι καὶ περὶ τῶν ὑπολοίπων μαντευόμενος; Ζευ. Πῶς γὰρ οὔ; Πρ. Παρὰ τὴν Θέτιν, συνεσόμενος αὐτῇ. Ζευ. Τουτὶ μὲν ἔγνως, τί δ' οὖν τὸ ἐπὶ τούτῳ; δοκεῖς γάρ τι ἀληθὲς ἐρεῖν. Πρ. Μηδὲν, ὦ Ζεῦ, κοινωνήσῃς τῇ Νη-

3 Τοσοῦτον χρόνον τῷ Καυκάσῳ προσηλωμένος.] Æſchylus in Prometheo v. 94. dicit Prometheum aliquot annorum millia affixum fuiſſe Caucaſo τὸν μυριετῆ χρόνον. in quæ verba ſic Scholiaſtes, τρεῖς μυριάδας αὐτόν φασι δεδέσθαι. quod ſane haud convenit cum eo quod in priore Dialogo dixit Prometheus, ὅτι ἀπολυθήσομαι αὖθις οἶδα. καὶ ἤδη τις ἐκ Θηβῶν ἀφίξεται σὸς φίλος, οὐκ εἰς μακρὰν κατατοξεύσων ὅν φῄς ἐπιπτήσεσθαί μοι τὸν ἀετόν.

4 Τὸν κάκιστα ὀρνέων ἀπολούμενον ἀετόν.] Κάκιστα ἀπολούμενον, i. e. perditiſſimum. Benedicto autem refert κάκιστα ad ὀρνέων, & reddit *peſſimam avium*, ut Timon in Dialogo illo qui nomen ejus habet dicitur eſſe πρῶτα Ἀθηναίων, i. e. primus Athenienſium. Vide Method. noſtr. p. 122.

5 Πολλοστημόριον.] Verbum verbo *multeſima pars*, à πολλοστὸς, *multeſimus*, & μόριον, diminutivo à μόρος, *portio* vel *pars*.

6 Ἀμισθί.] *Gratis*, vel *ſine mercede*, ab α privandi particulâ, & μισθὸς, *merces*; paſſim in Græco ſermone reperiunda, ejuſmodi adverbia, qualia ἀναιμωτὶ, *ſine ſanguine*, ἀνιδρωτὶ, *ſine ſudore*, &c.

ρηΐδι,

ρηΐδι, ἣν γὰρ αὐτὴ [7] κυοφορήσῃ ἐκ σοῦ, τὸ τεχθὲν ἴσα [8] ἐργάσηταί σε, οἷα καὶ σὺ ἔδρασας τὸν Κρόνον. Ζευ. Τοῦτο φὴς, ἐκπεσεῖσθαί με τῆς ἀρχῆς; Πρ. Μὴ γένοιτο, ὦ Ζεῦ, πλὴν τοιοῦτό τι ἡ μίξις αὐτῆς ἀπειλεῖ. Ζευ. Χαιρέτω τοιγαροῦν ἡ Θέτις, σὲ δὲ ὁ [9] Ἥφαιστος ἐπὶ τούτοις λυσάτω.

7 Κυοφορήσῃ.] A κυὸς, *fœtus*, & φορέω, *geſto*; aor. 1. ſeu mavis futur. 1. modi Subjunctivi, quod licet non agnoſcant Grammaticorum plerique, eſſe tamen ſatis patet, ubi characteriſtica futuri differt ab aoriſti. Legimus enim δώσῃ 3. perſon. in N. T. Joh. 17. v. 2. & Apocal. 13. v. 16. & nonnullibi apud Theocr. quod nemo opinor contendit aliud eſſe, quam futur. Subjunct. nam ab aor. indic. ἔδωκα eſſet δώκῃ, non δώσῃ.

8 Ἐργάσηταί σε.] Cum duplice Accuſativo poſt verba operandi, contra morem Latinum, qui mavult Dativum.

9 Ἥφαιστος.] Ἀπὸ τοῦ ἀφὴν αἴθει, ſcilicet quod tactum urit.

DIA-

DIALOG. I.

Piſcator ſive Reviviſcentes.

Benedicto *Interprete.*

1. *Socr.* IMpete, impete crebris lapidibus hunc exe-crandum, inceſſe glebis, inceſſe præterea teſtis, percute fuſtibus calumniatorem. Vide ne effugiat : & tu Plato, impete, et Chryſippe, & tu; omnes ſimul in illum obarmemur:

Pera ut reddat opem peræ, baculuſque bacillo :

Siquidem communis eſt hoſtis, nec è nobis eſt quiſpiam, quem injuriâ non affecerit. Tu vero, ô Diogenes, ſi unquam aliàs, utere baculo, nec remittas : dignas conviciator ille pœnas luat. Quid hoc rei eſt ? Numquid, Ariſtippe, defeſſi eſtis ? atqui non oportebat :

Eſte cati, & memores vehementis & iræ.

Ariſtoteles magis propera, bene habet : capta eſt fera ; prehendimus te, ſceleſte. Quare protinus intelliges quoſnam viros maledictis laceſſiveris. ſed quo quis pacto ipſum ulciſcatur ? varium quoddam mortis genus in ipſum excogitemus, quod nobis omnibus ſatisfacere poſſit : æquum eſt, ut ſepties ſaltem ſingulis nobis pereat. *Pl.* Mihi quidem cruci videtur ſuffigendus, ubi prius fuerit flagris cæſus, erutique ipſi oculi, & in multas partes abſciſſa lingua. Tibi vero quid videtur, Empedocles ? *Em.* In crateras Ætnæ præcipitandus eſt, ut præſtantiores conviciis diſcat not laceſſere. *Pl.* Quin imo eſſet

 optimum

optimum, ut [1] Penthei vel Orphei inſtar inter ſaxa dilaniatus inveniretur, ut quiſque particulam ejus habens, diſcederet. *Luci.* Minime, verum mihi parcatis obſecro per ſupplicem Jovem. *Soc.* Placuit. non dimitteris amplius. Homerum audis quid dicat:

Non eſt tuta fides hominum generique leonum.

Luci. Atqui ex Homero vos ipſos orabo: nam forte carmina ejus reverebimini, meque verſus recitantem non ſpernetis:

Me vivum capite, haud hominem pravum; hæc quoque dona
Suſcipite, æs, aurum, quæ curant & ſapientes.

Plat. Verum, neque nobis adverſum te Homerica deerit reſponſio. Audi igitur:

Nec mihi mente fugam tu perſuadere valebis.
Poſtquam te teneo, licet aurea verba loquaris.

Luci. Hei malorum! ſiquidem ſpes maxima Homerus nos fruſtratur; ad Euripidem mihi igitur confugiendum, forſan enim ille me ſervaverit:

Ne ſupplicem occide, eſt nefas occidere.

Pl. Quid vero? nonne & illa ſunt Euripidis?

Par eſt mala pati qui patraverunt mala.

Luci. Nunc ergo verba propter hæc me occiditis?

Pl. Rectè per Jovem idem enim inquit:

Effrænioris & exlegis dementiæ extremum infelicitas occupat.

Luci. Proinde quoniam omnino me interficere decreviſtis, nullumque mihi reſtat effugium, agite hoc ſaltem mihi indicate, quinam ſitis, aut quid tam a-

1 *Penthei & Orphei inſtar.*] De priore vide Ovid. Metam. lib. 3. Fab. 7. v. 51. & ſequentes; de altero Metam. lib. 10. Fab. 1. v. 81. & qui ſequuntur, ubi *Pentheus* tantum dicitur à Bacchantibus feminis fuiſſe diſcerptus. *Orpheus* autem glebis, ſilicibus, & quæ à colonis arripuerunt ſarculis, raſtris, ligonibus periiſſe.

trox à nobis perpeſſi, atrociter iraſcamini, méque occidendum comprehenderitis. *Pl.* Quibus nos affeceris contumeliis à te ipſo, ſceleratiſſime, perquire, &c, à tuis bellulis ſermonibus, in quibus & Philoſophiam ipſam maledictis petiiſti, noſque contumeliis laceſſiviſti, cùm tanquam ex foro ſapientes viros, &c, quod maximum eſt, liberos venderes. Quare indignati, impetratâ à Plutone veniâ, adverſus te prodimus, Chryſippus iſte, & Epicurus, & ego Plato, & Ariſtoteles ille, & ſilens iſte Pythagoras, & Diogenes, & omnes quotquot ſermonibus tuis inſectatus es.

2. *Luc.* Reſpiravi. non enim me interficietis, ſi intellexeritis qualiſnam erga vos ego fuerim : itaque abjicite lapides : imo potiùs aſſervate : vobis enim contra meritos uſui erunt. *Pl.* Nugaris : te certè hodie mori neceſſe eſt : jámque ob perpetrata ſcelera *lapideum* induas amictum. *Luc.* Atqui vir optimi, quem ſolum ex omnibus laudare oportebat, familiarem veſtrum, benevolum conſentientem, ac niſi grave eſt ut dicam, ſtudiorum veſtrorum procuratorem, probe ſcitote vos interfecturos, ſi me interficiatis, qui tot labores pro vobis exantlavi. videte igitur nè hujus temporis Philoſophorum more faciatis, ingrati, iracundi, ac perfidi erga virum beneficum videamini. *Pl.* O impudentiam ! numquid tibi ob convitia gratiam debemus ? verè hic cùm mancipiis ſibi rem eſſe exiſtimat. an etiam tantam injuriam & debacchationem verborum pro beneficio computabit ? *Luc.* Ubinam ego, vel quando injuriâ vos affeci ? ego qui ſemper Philoſophiam ſum admiratus, vóſque ipſos laudibus extuli, & cùm ſermonibus quos reliquiſtis, aſſidue ſum verſatus, quin & hæc ipſa quæ dico, unde quàm à vobis accepta, & apicularum more decerpta hominibus oſtendo ? At illi laudant, & cognoſcunt uniuſcujuſque florem,

unde, à quo, & quomodo collegerim: méque oratione ob hoc florilegium commendant: imo verè vos ipſos, veſtrúmque pratum, qui tot, tamque varios, ac multiplicis coloris flores produxiſtis, quos ſi quis colligere, connectere, & concinnare norit, ita ut alterum ab altero non diſſonet, numquid qui tam egregiè à vobis affectus fuerit, viris benefactoribus obloqui conabitur, quorum gratiâ exiſtimationis alicujus eſſe reputatur. Ni ejuſdem naturæ, cujus [2] Thamyris vel [3] Eurytus, ut muſis occinat, à quibus canendi normam acceperit, vel Apollinem, idque jaculationis præceptorem, jaculando provocet.

3. *Pl.* Hoc, ô Generoſe, Rhetorum more dixiſti. igitur rei maximè eſt contrarium, & proterviorem tuam audaciam indicat, ſiquidem injuriam, atque ingratitudinem præ ſe fert, ſi cùm à nobis, ut fateris, jacula acceperis, adverſus nos jaculatus es, hunc unum ſcopum obſervans, ut nos omnes conviciis laceſſas. talem à te conſequimur gratiam, pro eo, quod tibi pratum illud reſeravimus; nec ut decerperes, plenóque ſinu diſcederes, inhibuimus, itaque ob id maximè dignus es qui moriaris. *Luc.* An videtis? aures iræ præbetis: & quæ juſta ſunt, minime approbatis. Ego verò me nunquam in Platonis, vel Chryſippi, vel Ariſtotelis, vel aliorum veſtri ordinis iram incidere poſſe exiſtimâſſem. Verum, ſoli utique hinc procul abeſſe, mihi videbamini. At verò, ô Admirandi, ne indemnatum, cauſáque non

2 *Cujus Thamyris.*] Thamyris genere erat Thrax qui cùm egregiâ erat corporis pulchritudine, & arte canendi peritiſſimus, ad certamen provocabat Muſas, in quo certamine ſi acciderit ut victor eſſet, pactum erat, ut πλησιάζῃ πάσαις, ſi autem victus, στερηθῇ οὗ ἂν ἐκεῖναι θέλωσι. Victrices igitur muſæ ſpoliaverunt eum oculis & Cithara. Apollodor. lib. 1. c. 3. ſ. 3.

3 *Vel Euritus.*] Hic conceſſa ab Apolline ſagittarum ſcientiâ cùm Autore muneris contendiſſe dicitur, Hygin. Fab. 14.

cog-

cognitâ me interficiatis. veſtrum eſt igitur ut nec violentia, nec ſævitia graviore agatis, ſed jure controverſias diluatis, locum dicendi cauſam pariter dantes, & accipientes. itaque facto judicis delectu, vos quidem accuſate vel ſimul omnes, vel aliquem qui id agat pro omnibus conſtituite. ego verò adverſus crimina me defendam: deinde ſiqua viſus fuero in re injurius, idque de me judicium ſtatuerit, meritas pœnas dabo: vóſque violentum mihi perpetrabitis. Si verò dicta cauſa, inſons, & ab omni culpâ alienus inveniar, me judices dimittent: vos verò in eos à quibus decepti, & in nos inſtigati eſtis, iram convertetis. *Pl.* Hoc illud eſt in campum educere equum, ut deceptis judicibus abeas: ſiquidem te Rhetorem, & Cauſidicum vehementem, atque in orationibus valde callidum eſſe dicunt, quem autem judicem eſſe cupis? quem muneribus non corruptum (qualia injuſta multa perpetratis) adducas ut pro te ſententiam ferat?

4. *Luc.* Confidite: hujus utique rei gratiâ nullum talem arbitrum ſuſpectum vel ancipitem, mihi contingere velim, & qui ſuum calculum injuſtè mihi tribuat. Ego Philoſophiam ipſam vobiſcum judicem eligo. *Pl.* Ecquis accuſaverit ſi nos judicemus? *Luc.* Voſmetipſi accuſate, & judicate. neque enim illud timeo, tam juſtâ causâ antecello, tamque abundè cauſam me dicturum credo. *Pl.* Quid faciamus Pythagora & Socrates? nam cùm iſte vir judicio velit experiri, haud abſurdè provocare videtur. *Soc.* Quid verò aliud quàm ut ad judicium pergamus, aſſumptâque Philoſophiâ quidnam ſit reſponſurus audiamus? nam causâ non cognitâ cædere, non noſtrum eſt, ſed ſummæ ruditatis, hominum iracundorum, & jus in manu ſitum habentium. nam obloqui volentibus occaſionem præbebimus, ſi virum

hunc non propoſitâ ſui defenſione lapidibus petamus, idque noſmetipſi juſtitiam valere jubentes. Aut quid [4] Anyto, & Melito accuſatoribus meis, vel me tum damnarunt judicibus, reſpondebo, ſi hic aquæ non compos factus moriatur? *Pl.* Optimè admones ô Socrates. itaque Philoſophiam adeamus: illa vero judicet. nos autem quicquid ſtatuerit amplectemur. *Luc.* Euge, Viri Sapientiſſimi, meliora hæc & juſtiora: lapides vero ut dicebam ſervate: iis enim in judicio paulo poſt opus erit. Verùm ubi quis Philoſophiam inveniat? neſcio enim ubi habitet, quamvis longo circumerraverim tempore, domum quærens ut eam convenire poſſem. inde in quoſdam vilibus amictos veſtibus barbaſque prolixas geſtantes incidi, qui ſe ad eam conferre dicebant, quos ſcire ratus, interrogavi. At illi ejus rei me multò magis ignari, nihil omnino reſponderunt, ne ignorantiæ arguerentur, aut januam aliam pro aliâ oſtenderent. ego verò in hunc uſque diem domum invenire nequivi.

5. Sæpius autem ipſe ſuſpicans, vel ductore quopiam, ad quaſdam januas perveni, certiſſimè tum inveniſſe ſperans, à multitudine ingredientium & egredientium ſumptâ conjecturâ, qui omnes ſeveritatem præ ſe ferebant, formâ decorâ, erant, & vultu meditabundi. Quare inter hos deliteſcens ingreſſus ſum. ibi mulierem vidi quandam non carentem fuco: & ſi in modum quàm maximè opportunum, & incomptum ſe aptabat: verum illico deprehendi

4 *Anyto & Melito accuſatoribus.*] præter Anytum & Melitum meminit & Lyconem in Socratis Apologia Plato. qui in Ἐυθύφρον de Melito ſic loquitur, νέος τίς μοι φαίνεται ϗ ἀγνὰς, ὀνομάζουσι δὲ αὐτὸν ὡς ἐγὼ οἶμαι, Μέλιτον, ἔςι δὲ τὸν δῆμον Πιτθεύς. εἴ τιν ἐν νῷ ἔχεις Πιτθέα. Μέλιτον οἷον τετανότριχον, ϗ πάνυ εὐγένειον, ἐπίγρυπον δέ. Quæ verba ſic interpretatur Coronarius Medicus. *Juvenis quidam & ignotus eſſe mihi videtur, appellant tamen ipſum, ut arbitror Melitum, eſt autem de populo Pittheus ſi quem forte noſti Pitthea Melitum rigente capillo & valde barbatum verum naſo adunco.*

eam

eam dependulos capillos non relinquere inornatos, nec non veſtitus cultum ſtudioſè affectare. manifeſtum autem erat eam his munditiis eſſe ornatam, decoris tamen gratiâ, cultu qui neglectus videretur uti. apparebat autem ceruſſa & fucus, & verba perquam meretricia. Ab amatoribus laudata valdè gaudebat : & ſiquis aliquid dediſſet, avidè excipiebat : & propè ſe opulentiores collocabat : at ne aſpiciebat quidem pauperes amatores. Sæpius quoque cùm ſe præter mentem nudaſſet, torques aureos, anguillis craſſiores conſpiciebam. Hæc cum vidiſſem, confeſtim ad pedes converſus ſum, nimirum miſeratus illos infœlices, qui non naribus, ſed barbis ad illam pertrahuntur, atque [5] Ixionis inſtar, non cùm Junone, ſed ejus idolo congrediuntur. *Pl.* Hoc quidem rectè dixiſti : non enim manifeſtum, notúmque omnibus eſt oſtium : nec ad ipſius ædes ire oportebit. hic enim in [6] Ceramico ipſam opperiemur : jamque aderit illa revertens ex Academiâ ut in Pæcilo etiam deambulet : id enim quotidie facere conſuevit. Quin potiùs jam præſtò eſt, vidéſne illam habitu decoram, aſpectu manſuetam, & ob meditationem placidè incedentem ? *Luc.* Multas habitu, greſſu, & veſtitu video ſimiles. Atqui hæc omnium una inter has eſt vera Philoſophia.

6. *Pl.* Rectè dicis : verùm quænam ſit loquuta ſolùm, indicabit. *Ph.* Papæ ! Cur Plato, & Chryſippus & Ariſtoteles, necnon reliqui omnes ipſa mea diſciplinarum capita apud ſuperos ? Cur rurſus in vitam ? numquis ex inferis vobis fuit mole-

5 *Ixionis inſtar.*] Ixion Rex erat Theſſaliæ, qui à Jove Deorum convivio adhibitus ſtuduit rem habere cùm Junone, id autem cùm notum eſſet Jovi, ille uxoris loco poſuit nubem, atque inde Centauri, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τὴν αὔραν.

6 *Ceramico.*] Seu Ceramico vocas, ſeu cùm Stephan. Ceramico idem eſt, ſcribetur enim & κεραμεικῷ & κεραμικῷ, ut ſupra notatum eſt ad Græcum textum, n. 36.

ſtus ?

ſtus? iratis ſimiles eſtis. quiſnam iſte eſt quem deprehenſum ducitis? Numquid fur eſt, vel homicida, vel ſacrilegus? *Pl.* Ita per Jovem, ô Philoſophia, omniumque ſacrilegorum maxime impius, qui te maledictis inceſſere conatus eſt, noſque omnes, quotquot abs te quippiam didicimus, ac poſteris utendum relinquimus. *Ph.* Num maledicente quopiam indignati eſtis, cùm ſciatis quænam ego à Comœdiâ audire ſoleo in [7] Dionyſiis? attamen ipſam amicam duco, neque in jus voco, ſeu accedens incuſo: verùm convenientia, & feſto conſueta ludere ſino. Novi enim nihil reddi deterius à ſcommate. ſed contra quod bonum eſt, quemadmodum aurum quod erutum inciditur, clariùs refulget, fitque ſplendidius. At vos neſcio quomodo iracundi, & queruli evaſiſtis. Cur igitur ipſum ſtrangulatis? *Pl.* Hoc unico die impetrato, contra illum venimus, ut injuriarum quas intulit meritas pœnas exolvat: Nam fama nobis denunciavit, qualia in vulgus progrediens adverſum nos dixerit. *Ph.* An eum indictâ causâ interficietis? Atqui videtur velle quippiam dicere. *Pl.* Minimè. Sed negotium omne tibi committemus. quodque tibi viſum fuerit litis finem faciet. *Phil.* Quid tu dicis? *Lu.* Hoc idem, ô Domina Philoſophia. Siquidem ſola veritatem invenire potes, multiſque precibus vix obtinui, ut cauſa tibi ſervaretur. *Pl.* Nunc, ô Execrande, ipſam Dominam appellas, at pridie Philoſophiam rem eſſe viliſſimam aſſerebas, cum duobus obolis ſingulatim, unumquemque ſermonum ejus proclamares? *Phil.* Videt ne non Philoſophiam hic maledictis inſectatus ſit, ſed præſtigiatores viros ſub noſtro nomine multa & fœda perpetrantes.

7 *Dionyſiis.*] i. e. Bacchanalibus, ὁ Διόνυσος, enim idem ac Bacchus.

7. *Lu.* Quamprimum cognoſces ſi cauſam dicentem audire velis. Eamus tandem in Areopagum, imo potius in ipſam arcem, ut tanquam ex ſpeculâ, omnia quæ in urbe ſunt ſimul pateant. *Ph.* At vos Amicæ, in [8] Pœcilo tantiſper deambuletis. Ad vos veniam cùm litem dijudicavero. *Lu.* Quænam hæ ſunt, ô Philoſophia? nam hæ quoque admodum honeſtæ videntur. *Ph.* Virtus eſt, virilis iſta, modeſtia illa & juxta ipſam juſtitia. At anteſignana diſciplina: obſcura vero hæc & dubii coloris, eſt veritas. *Lu.* Non video quam dicas. *Ph.* Incomptam illam, nudam, ſubterfugientem ſemper, ac ſubterlabentem non vides? *Lu.* Nunc ægrè video. Sed quare has etiam non ducis, ut plenus, perfectúſque ſit conſeſſus? ſiquidem veritatem patronam in judicium adducere volo. *Ph.* Per Jovem, Vos quoque ſequimini: non enim grave erit, cauſam unam judicare, præſertim cùm de rebus noſtris ſit futura. *Ver.* Abite vos. nihil enim audire mihi eſt opus, quæ qualia ſint jampridem novi. *Lu.* Verum, ô Veritas, noſtrâ intereſt, ut judicio interſis atque ſingula indices. *Ph.* Igitur has famulas, mihi maximè benevolas adducam. *Lu.* Imo & quotquot volueris. *Ph.* Sequimini ingenuitas, & loquendi libertas: ut miſerum hunc homuncionem, amatorem noſtrum, ac nullo prætextu juſto periclitantem, ſervare poſſimus. At tu Elenche, illic remane. *Lu.* Nequaquam, ô Hera: Sed hic quoque veniat, & ſiquis alius. Non enim mihi cùm feris trivialibus erit pugnandum, ſed cùm arrogantibus hominibus, quos redarguere difficile eſt, cùm effugia ſemper inveniant. Quare neceſſarius eſt Elenchus. *Ph.* Ergo maximè neceſſarius. Melius ſi demonſtrationem etiam tecum aſſumas. *Ver.* Sequimini omnes, ſiquidem neceſſarii ad

8 *Pœcilo*] Legendum potius *Poecila*, Gr. Ποικίλη.

judicium

judicium videmini. *Ariſt.* Vides, ô Philoſophia, ſociam contra vos Veritatem, ſibi aſſumit. *Ph.* An verimini Plato, & Chryſippe, & Ariſtoteles, nequid in ejus gratiam mentiatur, Veritas cùm ſit? *Pl.* Non hoc, ſed callidus admodum eſt, & blandus, ita ut ipſam perſuaſione flectere poſſit.

8. *Ph.* Confidite nihil hâc juſtitiâ præſente, iniqui fiet. Abeamus igitur. Verùm dic mihi tu quod tibi nomen eſt? *Lu.* Vocor Parrheſiades, Alethionis Elenxiclei filius. *Ph.* Patria vero quænam? *Lu.* Syria, ô Philoſophia, juxta Euphratem: Sed quid hoc? Novi enim quoſdam ex meis adverſariis, non minùs me barbaros eſſe genere, moribus autem, & diſciplina, non Solenſes, aut Cyprios, aut Babylonios, aut Stagiritas. Quanquam quod ad te attinet, nihil refert, ſiquis voce ſit barbarus, dummodo juſtè, ac rectè ſentire videatur. *Ph.* Rectè dicis. Verùm & hoc quæro, quamnam artem nôſti? nam & hoc quoque ſcire eſt operæ pretium. *Luc.* Arrogantiæ, impoſturæ, mendacii, & faſtus ſum oſor, & omne iſtiuſmodi ſceleſtorum hominum genus odi: admodum autem multi ſunt, ut nôſti. *Ph.* Hercle! multi odii artem exerces. *Lu.* Rectè dicis: vides igitur quam multis odio ſim, utque propter eam periclitor? Verùm & contrariam admodum artem probè novi: eam, inquam, quæ ab amare principium habet. Etenim Veritatis, Honeſtatis, ac Sinceritatis ſum amator, atque omnium quæ amandis ſunt cognata. Verum pauci admodum hac arte ſunt digni: qui verò ſub adverſa ſunt ordinati, magiſque odio familiares, ſunt infiniti. Periclitor igitur, illam quidem ob ſegnitiem dediſcere jam ſed hanc nimium callere. *Ph.* Atqui non oportebat; ejuſdem enim ferunt eſſe & iſta, & illa itaque indiviſibilis eſt ars: nam unica eſt etſi duæ eſſe videantur.

Melius tu hæc nôſti, ô Philoſophia. Ego verò talis ſum ut pravos odio proſequar, probos verò laudem & amem. *Ph.* Age, quo oportebat, jam devenimus: Hic in Minervæ veſtibulo judicemus. Heus tu, Sacerdos, diſpone ſedilia: nos interim Deam adorabimus. *Luc.* Obſecro, Dea, fer adverſus arrogantes opem, ac recordare quantum ipſos quotidie pejerantes audias. & ſola quæ perpetrant, vides tanquam Speculatrix. Nunc illos ulciſcendi tempus adeſt. Si verò me vinci cernas, pluréſque eſſe nigros calculos, tu tuo addito me ſerva.

9. *Ph.* Eſto. Jam conſedimus, querelas veſtras audire parati. Vos verò quempiam ex omnibus eligatis, qui optimè videatur accuſare, & accuſationem exponite, ac confutate. Non enim omnes ſimul loqui poſſibile eſt. Tu autem Parrheſiades dehinc reſpondebis. *Reviv.* Quis igitur è nobis maximè idoneus erit ad cauſam hanc agendam? tua Plato mirabilis eſt animi celſitas, & Attico lepore referta facundia, venuſta, & perſuaſionis plena: etiam prudentia, & diligentia, necnon tempeſtiva demonſtrationum pellacia, hæc omnia tibi abundè adſunt. Itaque dicendi primas ſuſcipe, omniúmque nomine quæ par eſt eloquere. Nunc in memoriam revoca illa omnia & in unum confer, ſi quid in Gorgiam, vel Polum, vel Prodicum, vel Hippiam à te eſt dictum, hic eſt ad dicendum [9] habilior. inſperge igitur Ironias, crebráſque illas ac feſtivas interrogatines. Quin ſi videtur, illud inculca, ut magnus ille Jupiter alatum impellens currum indignaturus eſt, niſi pœnas iſte expendat: *Pl.* Nequaquam: ſed ex his vehementioribus aliquem eligamus, Diogenem

9 *Habilior ad dicendum.*] *habilis* idem eſt ac *aptus* vel *accomodus* Quintil. l. 6. c. 3. Natura non tantum in hoc valet ut acutior quis atque *habilior* ad inveniendum, &c.

hunc, vel Antiſthenem, vel Craterem, vel etiam tu, Chryſippe: Non enim elegantiæ in præſenti, nec facultatis conſcribendi tempus eſt, ſed refutationis & judicialis actionis apparatus. Rhetor enim eſt Parrheſiades. *Diog.* Proinde ipſum accuſabo. neque enim longâ oratione opus fore arbitror: præterea me ſupra omnes injuriâ affecit, cùm duobus obolis venalis fuerim proclamatus. *Pl.* Diogenes, ô Philoſophia, omnium nomine verba faciet. Verùm, ô Generoſe, memineris non ſolum pro te hac accuſatione poſtulare, ſed rem communem etiam reſpicere. Siquid enim nos alii ab aliis rationibus diſcrepamus, tu id nunc minimè ſcruteris, neque quis ſit veracior nunc dicas. Sed hoc ſolum, quoniam Philoſophia injuria eſt affecta, indigneris, & quoniam Parrheſiades ſermonibus malè audivit: atque opiniones omitte, in quibus diſſidemus, communémque omnium cauſam defende, vide te ſolum præfecimus, & in te omnia noſtra nunc periclitantur, ut vel graviſſima cenſeantur, vel qualia hic expreſſit, credantur.

10. *Diog.* Confidite, nihil omittemus: pro omnibus verba faciam. Ac quamvis Philoſophia verbis exorata (natura enim manſueta eſt & mitis) ipſum dimittere decernat: meo tamen officio non deero, nam ipſi me non fruſtra baculum geſtare, oſtendam. *Ph.* Non hoc: ſed potius ſermone: ſic enim optimum eſt, non ligno rem agere. Ergo ne cuncteris, jam enim effuſa eſt aqua, conciliúmque oculos in te convertit. *Lu.* Reliqui conſideant, ô Philoſophia, & ſuffragia vobiſcum ferant: ac ſolus Diogenes accuſet. *Ph.* At numquid vereris ne contra te ſententiam pronuncient? *Lu.* Nequaquam: imo plures volo vincere. *Ph.* Generoſa ſunt hæc tua verba. Sedete igitur: Tu verò Diogenes loquere. *Di.* Quales viri nos in agendâ vitâ fuerimus, ô Philoſophia,

Philoſophia, tute optimè nôſti, nihilque verbis eſt opus. Nam ut de me ſileam, quis ignorat quanta Pythagoras iſte, & Plato, & Ariſtoteles, & Chryſippus aliique boni in vitam introduxerint? Verùm quibuſnam contumeliis, quamvis tales extiterimus, ſceleſtiſſimus hic Parrheſiades nos laceſſiverit, jam dicam. Cùm enim Rhetor, ut aiunt, eſſet, dereliƈto foro, ac illius exiſtimatione, quicquid vehementiæ, ac vigoris oratorii conſecutus eſt, univerſo illo contra nos colleƈto, non deſinit inſeƈtari maledictis, præſtigiatores, ac deceptores ſubinde vocans, & vulgo, ut nos, tanquam nullius momenti ſimus, derideat & contemnat perſuadens. Quinimo multorum jam odium nobis tibíque Philoſophia, conflavit, nugas & commenta vocans tua documenta, reſque maximè ſerias, quibus nos imbuiſti, ſubſannatione inceſſens: ita ut à ſpeƈtatoribus plauſu excipiatur, & laudetur: Nos vero contumeliis afficiamur. Ea enim eſt vulgi natura, ut cavillantibus & conviciantibus gaudeant: ac præcipuè quum rebus ſpecie graviſſimis detrahitur: ut nimirum & olim gaudebat Ariſtophane, & Eupolide, quum hunc Socratem irriſionis gratiâ in ſcenam introducerent, & abſurdas quaſdam de illo Comœdias commentarentur. Atque illi contra virum unum talia ſunt auſi, etiam in Dionyſiis, ubi id facere erat conceſſum, & cavillatio, feſti pars quædam videbatur, ac ſi Deus ille fortaſſis gauderet utpote joci amans. Hic autem accitis optimis quibuſque, multo jam tempore commentatus, ac præmeditatus obtreƈtationes quaſdam, caſque magno libro complexus, magnâ voce Platonem, Pythagoram, Ariſtotelem hunc, Chryſippum illum, me, ac denique omnes maledictis inſeƈtatur, cùm neque feſtivitas id permittat, neque privatim ullâ in re à nobis læſus fuerit. Hæc enim illi res

 veniam

veniam obtineret ſi ut injuriæ vindicem, non ut aggreſſorem ſe geſſiſſet. Sed illud omnium eſt graviſſimum quod hæc faciendo, tuum, ô Philoſophia, nomen ſibi vendicat, & repræſentato Dialogo familiari noſtro, eo adjutore & mimo contra nos utitur: ac præterea Menippo amico noſtro ut multa ſecum cavillaretur, perſuaſit: qui ſolus non adeſt, neque nobiſcum, proditâ ſocietate accuſat: pro quibus omnibus æquum eſt ut pœnas pendat. Quid enim contra hæc dicere poſſet, cùm res haſce graviſſimas coram tot teſtibus carpſerit? Quare illis in utilitatem vertat iſtud, ſi pœnas dantem ſpectaverint, ut nemo poſthac Philoſophiam contemnat. Quandoquidem hac in re ſilere, & contumeliam tolerare, non modeſtiæ, ſed ignaviæ & amentiæ eſſe meritò cenſeretur. Cæterum poſtrema, cuinam videantur tolerabilia? Siquidem nos tanquam mancipia in venalitium deductos, adhibito, ut aiunt, præcone, divendidit: nonnullos ingenti precio, quoſdam minâ Atticâ, me verò nequiſſimus hic, duobus obolis: ita ut circumſtantes riderent. Eam ob cauſam indignatione perciti, & ipſi venimus, & te rogamus ut nos turpiſſimis affectos injuriis ulciſcaris.

11. *Reviv.* Euge, ô Diogenes, omnia pro omnibus ut par erat, egregiè dixiſti. *Ph.* Deſinite laudare. Infunde reſponſuro. Tu verò Parrheſiades, viciſſim fare: Tibi enim aqua nunc defluit: ergo ne cuncteris. *Parrh.* Non omnia mea, ô Philoſophia, in accuſatione ſua Diogenes recenſuit: ſed plura quæ acerbiora erant, neſcio cur prætermiſit. Tantum verò aberit ut ea me dixiſſe negem, vel præmeditatam quandam excuſationem prætendam, ut ſiqua hic ipſe reticuit, vel ego antehac non protuli, mihi nunc proponenda putem. Ita enim intelliges, quoſnam arrogantes, & præſtigiatores appellans proclamaverim,

rim, & maledictis inſectatus ſim. Proinde hæc ſolum obſervate, numquid de cunctis verum dixero. Quod ſi blaſphemi vel aſperi quid habere videbitur oratio: non me qui redarguo, ſed illos qui talia comittunt, culpandos potius arbitror. Ego enim quumprimum intellexi quam improbæ res cauſidicos neceſſariò comittentur, nimirum fraus, mendacium, temeritas, vociferatio, conflictatio, aliáque infinita: hæc equidem, ut par erat, declinavi: & ad tua bona me conferens, ô Philoſophia, reliquum vitæ curriculum, tanquam ex procellâ, & tempeſtate ad tranquillum portum appulſus, ſub tuâ tutelâ vivere expetivi. Ac poſteaquam obiter tantùm ſtatuta veſtra intuitus eſſem, te quidem ut neceſſum erat, hóſque omnes admirabar, qui optimæ vitæ fuiſſent inſtitutores, & manus ad ipſos feſtinantibus porrigerent, & ad optima ac utiliſſima adhortarentur, ſiquis ea non tranſgrederetur, nec interlaberetur. ſed intentis oculis ad regulas illas à vobis propoſitas, ad eas vitam ſuam componeret, ac dirigeret, quod quidem per Jovem pauci noſtrum faciunt. Cùm autem viderem multos, non Philoſophiæ ſed Gloriæ tantùm quæ ex eâ capitur ſtudio teneri: & in his quæ ſunt in promptu, & vulgaria, quæque cuivis imitari ſit facile, viris bonis valde ſimiles eſſe, barbâ dico greſſu, & veſtitu: vitâ autem & factis ſpeciei contradicere, & ſtudia veſtris contraria amplecti, ac profeſſionis dignitatem corrumpere, indignabar. Eaque res mihi videbatur ſimilis eſſe Tragico Hiſtrioni, molli & effœminato, qui Achillem aut Theſeum aut Herculem ipſum ageret, cùm tamen neque incederet neque loqueretur Heroicè, ſed ſub larvâ iſtiuſmodi laſciviret, ut [10] nec Helena, nec Polyxena cùm

10 *Nec Helena nec Polyxena.*] ſatis notum qualis erat Helena. Polyxena autem erat Priami Regis ex Hecuba uxore filia, qua à Pyrrho ad Patris Achilli tumulum jugulata fuit, de qua vid. Ovid. Metam. l. 13. Fab. 2.

id

id earum modeſtiæ minùs conveniret tolerare poſſent. Nec ſe continuiſſet Hercules [11] Callinicus, quin ocyſſimè talem clavâ percuſſum contriviſſet, ipſum inquam & perſonam illam, quæ tam effœminatè eum repræſentando contaminaſſet.

12. Et cùm ipſe talia vos ab illis perpeti viderem, non tuli Hypocriſeos impudentiam: quòd cùm ſimiæ eſſent, perſonas Heroum aſſumere, vel Cumanum illum aſinum imitari auderent, qui leoninâ pelle indutus leo quoque ipſe videri volebat, cùm adverſus Cumæos ignaros valde aſperum, horrendúmque rugitum ederet, donec quidam hoſpes ſe leonem & aſinum videre ſæpe arguit, & fuſte cædens inſecutus eſt. Sed quod mihi videbatur maximè indignum hoc erat: quod nemo non illorum, qui ex iis quempiam viderent, flagitioſum quid aut turpe, aut impudicum committentem, Philoſophiam ipſam accuſabat: illico etiam Chryſippum, aut Platonem, aut Pythagoram, vel cujuſcunque cognomen, vel cujuſcunque doctrinam delinquens ille aſſumebat: & ex eo quòd male viveret aliquis, de vobis multò antè vitâ ſunctis male ſentiebant, non enim de vobis viventibus ſed è medio ſublatis inquiſitio fiebat: omnes vero manifeſtè cernebant eum atrocia, & indecora perpetrare: vos verò cum ipſo damnabamini ſimilíque calumniâ pariter convellebamini. Equidem ego cùm hæc viderem non tuli, verùm eos redarguebam & à vobis ſecernebam. At vos propter hoc honore me dignum, in judicium rapitis. Nunquid ſi initiatum quempiam viderem arcana Dearum prodentem ac in publicum myſteria efferentem, ideoque indignarer, & reprehenderem, me impium eſſe exiſtimaretis? At injuſtum eſt: quandoquidem

11 *Callinicus.*] Epitheton Herculis ſed non proprium, nam Theſeus etiam ita vocatur, vid. ſupra Διαλ. Diogen. & Hercul. n. 3.

cer-

certaminum quoque præfecti, eum hiſtrionem qui quum Minervam, vel Neptunum, vel Jovem aſſumpſit agendum, non rectè neque ex dignitate Deorum ſimulavit, flagellare conſueverunt. Ac non iraſcuntur ipſis Dii illi quod eum qui ſuas perſonas aſſumpſit, habitúmque induit, flagelliferis cædendum tradiderunt, verùm ut puto vapulantibus delectantur, ſervum enim vel nuncium minus aptè agere parvus eſt error. Sed Jovem aut Herculem non pro dignitate ſpectatoribus oſtendere, turpe ac piaculo ſimile eſſe videtur. Quinimo etiam hoc omnium eſt abſurdiſſimum, quòd cùm ex iis multi dogmata veſtra exactè calleant: ita tamen vivunt, ac ſi illa ideò tantùm legerint, ac meditati ſint ut contraria exerceant. Etenim quæcunque dicunt, ut contemnendas eſſe pecunias, & gloriam, ſolumque honeſtum bonum putandum, ira vacandum, & res haſce ſplendidas eſſe deſpiciendas, & cùm ipſis æqualiter converſandum, eximia ſunt, ô Dii, & ſcita, aut ſummopere miranda profectò.

13. Verum hi hæc ipſa mercede docent, & divites admirantur, & pecuniis inhiant caniculis iracundiores, leporibus timidiores, ſimiis blandiores, aſinis petulantiores, felibus rapaciores, gallis contentiores. Itaque riſum movent quum de his rixantur, & circum januas divitum, ſe invicem pulſant, & in conviviis frequentibus epulantur, in eiſque tædium laudando pariunt, ac præter decorum ſeſe ingurgitant, & queruli apparent, & inter calices injucunda & abſona philoſophantur, ac merum non ferunt. [12] Idiotæ autem quotquot compotant, rident ſcilicet, ac Philoſophiam conſpuunt, quoniam hujuſmodi ducat piacula. Illud vero omnium eſt turpiſſimum,

12 *Idiotæ.*] i. e. illiterati, aut indocti.

quòd quam unuſquiſque eorum, nullius ſe rei indigum profiteatur, ſed ſolum divitem eſſe ſapientem vociferetur, paulò poſt tamen poſcit, & ni accipiat ſtomachatur perinde ac ſiquis regiè ornatus rectam geſtat tiaram, & diadema, cæteraque regni inſignia, frivolarum tamen rerum indigus mendicet. Proinde quum illis quippiam eſt accipiendum, multâ oratione proſequuntur, oportere de ſuo libenter conferre & indifferentes eſſe divitias: quid enim aurum & argentum littoralibus à lapillis differat? At quum vetus quiſpiam amicus, & familiaris, opis egens, paucula quædam ex multis poſtulatum venit, taciturnitas, inopia, ruditas & dictorum in contraria palinodia, varii autem illâ de amicitiâ ſermones, & virtus, & honeſtum quonam abeant ignoro: nam omnino avolantia & vere alata verba hæc ſunt, quibus illi quotidie in diſputationibus inter ſe umbratili certamine depugnant, eouſque enim unuſquiſque eorum eſt amicus, quouſque nec de auro, nec de argento quicquam in medium affert. Quòd ſiquis obolum tantumodò indicârit, confeſtim pax ſolvitur, omniáque turbantur atque implacata redduntur, libri obliterantur, virtus aufugit, iiſque accidit quod canibus, in quorum medium ſiquis os projecerit, exiliunt, ſeque invicem mordent, eique qui os præripuit, allatrant.

14. Fertur autem Rex quidam Ægyptius ſimias tripudiare docuiſſe, eaque animalia (nam ad imitandum humanas actiones maximè ſunt apta) celerrimè didiciſſe, ut purpureis veſtibus induta, & perſonis circundata ſaltarent, idque ſpectaculum multo tempore claruiſſe, donec ſpectator quidam urbanus, quas nuces in ſinu habebat, in medium projecit. Quibus conſpectis ſimiæ ſaltationis oblitæ id quod erant, ſimiæ pro ſaltatoribus fuerunt, & perſonas conterebant, & veſtem diſcrepebant & pro fructu inter

inter ſe pugnabant, ita ut [13] Pyrrhiches ordo ſolveretur, & à Theatro deſideretur. Talia & hi perpetrant, & ego tales inſectatus ſum conviciis, nec redarguere unquam deſinam, & comicè perſtringere. Sed quod ad vos vobíſque ſimiles attinet (ſunt enim profectò nonnulli, qui Philoſophiam amplectuntur, veſtríſque legibus immorantur) abſit ita inſania, ut quid probroſum, & ſiniſtrum proferam. Nam quid dicere poſſem? quid enim in vitâ ſimile commiſiſtis? ſed arrogantes illos, & Deorum inimicos, odio dignos eſſe puto. Tu enim Pythagora, & Plato, & Chryſippe, & Ariſtoteles quâ in re tales vobiſcum dicitis convenire, aut proprium ac cognatum in vitâ præſtitiſſe? Ita per Jovem, Hercules, inquiunt, & ſimia. An quia barbas habent & ſe philoſophari profitentur, & ſeveritatem vultu prætendunt, propterea cùm vobis ſunt comparandi? At tuliſſem ſi ſaltem illi ad ſimulationem fuiſſent apti. Nunc verò citiùs vultur luſciniam imitabitur, quam illi Philoſophos.

15. Quæ pro me dicenda habebam, expoſui. At tu Veritas numquid vera ſint apud ipſos teſtificare. *Ph.* Nunc longiùs, ô Parrheſiades, abſiſte, quid nos faciamus? quomodo vir hic vobis videtur dixiſſe. *Virtus.* Ego quidem, ô Philoſophia, dum iſte perorabat, terram ſubire optabam: adeo vera omnia dixit, itaque audiens unumquemque eorum qui talia faceret agnoſcebam: interímque ex iis quæ dicebantur, hoc ad iſtum, hoc vero ad certum illum qui faceret, referebam. Denique viros illos perſpicuè indicavit, tanquam ex aliquâ picturâ expreſſos: nec ſolùm corpora, ſed animas etiam ipſas abſolutiſſimè effinxit. *Ph.* Ego quoque planè erubui, ô Virtus.

13 *Pyrrhiches.*] Pyrrhica, æ, vel Pyrrhiche, es, ſaltatio eſt quam primus in Creta inſtituit Pyrrhus.

Vos vero quid dicitis? *Reviv.* Quid aliud quam à crimine eum abſolvi inter amicóſque & benefactores noſtros aſcribi debere? Planè enim nobis, [14] idem quod Ilienſibus, accidit: hunc tanquam Tragœdum quempiam in nos excitavimus, qui Phrygum calamitates decantaret. Canat igitur, & Dei inimicos tragicè exagitet. *Dio.* Ego quoque, ô Philoſophia, planè hominem laudo, quæque illi objeci retracto, & quia generoſus eſt, amicum eum facio. *Ph.* Euge! ô Parrheſiades, ab accuſatione te abſolvimus, in omnibus vincis. Cæterùm te noſtrum eſſe ſcias. *Parrh.* Hanc primam adoravi: verum aliud magis tragicum opus mihi ſupereſſe puto. Siquidem ô valde veneranda victoria *quotidie* vitam meam reddis venerabilem, nec coronare deſinis. *Virtus.* Numquid igitur à ſecundo jam ordiamur cratere, & illos citemus, ut ob ea quibus in nos injurii fuêre pœnas expendant? Parrheſiades autem unumquemque accuſabit. *Ph.* Rectè ô Virtus, elocuta es. Quapropter heus tu miniſter Syllogiſme in urbem te confer, & Philoſophos advoca. *Syllog.* Audi, tace. Philoſophi in arcem aſcendant, ut apud virtutem, Philoſophiam & Juſtitiam accuſationem diluant.

16. *Par.* Vidéſne? Pauci conveniunt citatione cognitâ. Nam Juſtitiam præſertim timent. Nec otioſi ſunt plerique ipſorum, dum circa divites verſantur. Sed ſi vis ut veniant omnes, præconium his verbis pronuntia Syllogiſme. *Ph.* Minimè: Sed tu Parrheſiades prout tibi viſum fuerit illos advoca. *Par.* Hoc non eſt difficile. Audi; tace. Quicunque ſe philoſophos eſſe dicunt, & quicunque nomen hoc ad ſe ſpectare arbitrantur, ad diſtributionem in

[14] *Idem quod Ilienſibus.*] Alludit ad Proverbium Ilienſis Tragœdos conduxit, Græcè ὁ Ἰλιεὺς τραγῳδοὺς ἐμισθώσατο ubi qui ultrò provocat quempiam unde audiat probra veluti ſi Trojani accerſunt Hiſtrionem qui ipſas calamitates quas ſemel pertulere denuò quaſi renovat. Eraſm.

arcem

arcem veniant: duæ minæ ſingulis dabuntur, & ſeſamina placenta. Quicunque verò barbam profundam oſtenderit ille caricarum maſſam inſuper accipiet: Nemo verò modeſtiam & juſtitiam, & continentiam afferat (hæc enim neceſſaria non ſunt, ſi non adſint) ſed ex modis omnibus quinque Syllogiſmos. Non enim fas abſque his ſapientem eſſe.

In medioque auri duo ſunt objecta talenta,
Danda illi, qui ſit melior certamine cunctis.

Papæ! quam refertus eſt confligentium aſcenſus, poſtquam duarum minarum mentionem tantùm audiverunt. Ad Pelaſgicum alii, alii juxta templum Æſculapii; & circum Areopagum etiam plures, nonnulli quoque penes Tali ſepulchrum: Pars etiam admoti ſcalis templo Dioſcurorum, cùm ſtrepitu aſcendunt, per Jovem etiam confertim, examinis apum inſtar: & ut Homeri verbis utar: ſed inde quà plurimi illic quoq; innumeri,

Quot folia & flores naſcuntur tempore verno.

Plena autem eſt arx brevi tempore, cùm clangore conſidentium: eſtque undique pera, barba, adulatio, impudentia, baculus, edacitas, ſyllogiſmus, avaritia. Ac pauci illi, quotquot ad primum illud præconium, aſcenderunt obſcuri, & ignoti, reliquorum turbæ immixti, ſub aliarum formarum ſimilitudine deliteſcunt. Eſt & hoc, ô Philoſophia, moleſtiſſimum, & in quo te maximè quis reprehendat, quod nullas illis notas & ſigna inuſſiſti; ſiquidem præſtigiatores iſti, ſæpiùs ad perſuadendum, verè philoſophantibus ſunt aptiores.

17. *Ph.* Fiet illud paulò poſt: ſed jam excipiamus. *Platonicus.* Nos *Platonicos* par eſt accipere primos. *Pythagoricus.* Minimè: ſed nos *Pythagoricos.* prior enim fuit *Pythagoras.* *Stoicus:* Deſipitis: non *Stoici* ſumus præſtantiores. *Peripateticus.* Minimè quidem: verùm nos ex *Peripato* primi ſumus in pecuniis. *Epicureus.* Nobis *Epicureis* date placentas, &

caricarum maſſas. Quod ad minas attinet exſpectabimus, quamvis oporteat nos poſtremos accipere. *Academicus.* Ubi ſunt illa duo talenta? ſiquidem nos *Academici* oſtendemus, quantum aliis ſimus contentioſiores. *Stoic.* Non præſentibus nobis *Stoicis.* *Phil.* Deſinite contendere, vos verò *Cynici*, ne vos invicem pulſetis, neque baculis cædatis: nam vos ad alia vocatos eſſe ſcitis: Nunc equidem ego Philoſophia, & hæc Virtus, Veritáſque, judicabimus quinam ſint qui verè philoſophantur: inde qui noſtrum inſtitutis vivere invenientur fœlices erunt, quòd optimi habiti fuerint. Sed præſtigiatores illos nihilque ad nos ſpectantes malos malè perdemus; ne ſuperbi illi quæ ſunt ſupra ſe affectent. Quid hoc rei eſt? Fugitis per Jovem multi per confragoſa deſilientes? jamque arx eſt vacua: præter paucos illos qui judicium non formidantes remanſêre. Vos vero miniſtri peram tollite, quam Cyniſcus fugiendo abjecit. Age videam quid habeat, an lupinos libriúmve, aut panes cibarios? *Pa.* Minimè: ſed aurum hoc & unguentum hoc ſacrificuli, & ſpeculum, & talos. *Ph.* Euge, ô Generoſe, hæc tibi exercitationis erant viatica: Cumque his æquum eſſe cenſebas omnia conviciari, atque alios docere. *Pa.* Tales iſti ſunt nobis. Cæterùm oportet vos conſiderare, quo pacto deſinent hæc ignota eſſe, & dignoſcentur qui tecum conſueſcunt, quinam illorum ſint boni, quinam contra alterius ſint vitæ. Tu autem Veritas illud comperito. Nam è re tuâ fuerit, ut tibi mendacium non prævaleat: neu præ ignorantiâ, pravi homines immixti bonis deliteſcant.

18. *Ver.* Hac in re Parrheſiadis arbitrio, ſiquidem probus, ac nobis benevolus eſt viſus, téque, ô Philoſophia, maximè admiratur: ita faciamus: ut aſſumpto ſecum Elencho conveniat omnes qui ſe philoſophari profitentur, tum quem verè legitimum

Philoſophiæ alumnum invenerit, coronâ coronet oleaginâ, & in Prytaneum vocet. Si verò in aliquem, quales multi ſunt, execrandum virum, ac Philoſophiæ ſimulatorem inciderit, attritam veſtem dilaceret, barbámque hirci tonſoria novacula abradat, frontique ſtigmata imprimat, vel inter media ſupercilia inurat, ſitque inuſtionis figura vulpes aut ſimia. *Ph.* Euge Veritas. Talis autem, ô Parrheſiades, ſit Elenchus qualis aquilarum pullus ad ſolem eſſe fertur. Non per Jovem tamen, ita ut lumen obtueantur, indeque probentur. Verùm expoſito coram illis auro, gloriâ, voluptate, quem ipſorum ea deſpicere videris, & nequaquam ad aſpiciendum trahi, is eſto qui oleagino ramo coronetur. Quem verò fixis oculis intuentem, manúmque ad aurum protendentem, deprehenderis, hunc abraſâ prius barbâ inurendum adducas. *Par.* Hæc, O Philoſophia, erunt, ut cenſes; & confeſtim permultos eorum vulpe vel ſimiâ notatos videbis, paucos verò coronatos: Quinimo ſi placuerit nonnullos illorum vobis per Jovem huc adducam: *Phil.* Quid ais? fugientes adduces? *Par.* Ita quidem, ſi ſacerdos funiculum hunc, & hamum à Piræenſi piſcatore dicatum velit mihi parumper commodare. *Sacer.* En accipe, calamúmque ſimul, ut habeas omnia. *Par.* Quin igitur *Sacerdos* caricas aliquas, parúmque auri da mihi properè.

19. *Sacer.* Accipe. *Ph.* Quidnam vir hic facere intendit? *Par.* Hamo, carica, & auro ineſcato, ſummo muro inſidens in urbem demiſit. *Ph.* Quid agis, ô *Parrheſiades?* Numquid lapides ex Pelaſgico piſcari decreviſti? *Par.* Tace, *Philoſophia*, ac prædam exſpecta. Tu verò, piſcator, Neptune, Tu quoque chara Amphitrite, multos piſces nobis immitte. At lupum quendam ingentem video, vel potiùs auratam. *Libert.* Minimè, felis eſt, accedit ad hamum hians, aurum odoratur, prope jam adeſt, tetigit, captus

captus eſt, attrahamus. *Par.* Tu quoque *Elenche*, nunc una funiculum arripe: attractus eſſe: Age videam quis ſit ô piſcium optime. Clamat iſte: quales hercle dentes: Quid hoc rei eſt, O Generoſiſſime, circa petras liguriendo captus es, ubi te latiturum ſperabas? At nunc à brachiis pendens manifeſtus eris omnibus, eſcam hanc & hamum hunc extrahamus. En vacuus hamus, carica cùm auro ventri jam adhæret. *Diog.* Per Jovem evomat ut alios etiam ineſcemus. *Par.* Bene habet, quid ais, ô *Diogenes?* Tune hunc quiſnam ſit nôſti? num ad te attinet? *Diog.* Nequaquam. *Par.* Quid igitur? quo pretio dignus hic eſt dicendus? ego enim pridie duobus obolis eum æſtimavi. *Diog.* Nimium dicis: nam & cibo eſt inutilis, & turpis, & durus, & neglectus. Hunc in caput à ſaxo præcipitem da. Tu verò alium demiſſo hamo attrahe: Atqui videſis, ô *Parrheſiades*, ne tibi calamus inflexus abrumpatur. *Par.* Confide, *Diogenes*, leves ſunt, & aphyis tenuiores. *Diog.* Per Jovem leviſſimi: attamen trahe. *Par.* Ecce, quiſnam alius hic latus tanquam ſemiſectus piſcis accedit? pſetta quædam hamo inhians: deglutivit: tenetur: attrahatur: Quiſnam eſt? *Diog. Platonicum* ſe eſſe aſſerit. *Pl.* Et tu execrande ad aurum accedis? *Par.* Quid ais *Plato?* Quid illo agamus? *Pl.* Ab hac eadem petrâ & ille. *Diog.* Ad capiendum alium dimittatur.

20. *Par.* Atqui belliſſimum quendam accedentem video, ac ſi in profundo varii coloris appareat, ac vittas quaſdam auratas, ſuper dorſo habeat. vidéſne, Elenche? Hic eſt qui Ariſtotelem ſimulat: venit, deinde rurſus enatavit: circumſpice diligenter: iterùm venit, hiavit, captus eſt: extrahatur. *Ariſt.* Ne me Parrheſiades de ipſo interroges: quis enim ſit ignoro. *Par.* Numquid, ô Ariſtoteles etiam, iſte è ſaxo dejiciendus? *Diog.* At ecce multos hic conſpicio

ſpicio piſces, paricolores: ſpinoſos, in ſuperficie aſperiores: echinis captu difficiliores. verriculo opus eſſet, at non adeſt: ſatis erit ſi vel unum ex grege attrahamus: veniet autem ad hamum is nimirum qui eſt ipſorum audaciſſimus. *Elen.* Demitte, ſi videtur: priúſque ferro multum munias funiculum, ne eum devorato auro dentibus ſecet. *Par.* Demiſi, tu verò, *Neptune*, capturam abſolve. Papæ! pro eſcâ depugnant: aliique ſimul multi caricam circumrodunt: alii vero adhærent auro tenaciter. Bene habet, valdè robuſtus aliquis transfixus. Age ſciam qui te cognominem eſſe dicas. Atqui ridiculus ſum, qui piſcem loqui cogam, muti enim ſunt illi. Verum, *Elenche*, dic quemnam magiſtrum hic habeat. *Elen. Chryſippum* hunc. *Par.* Intelligo: puta quoniam aurum ineſt nomini: Tu igitur, *Chryſippe*, per *Minervam* dicito. Nôſtíne viros iſtos, vel ipſos ut talia faciant hortaris? *Chr.* Per Jovem *Parrheſiades* interrogas contumelioſè, qui nobis cùm talibus convenire ſuſpicaris. *Par.* Euge, *Chryſippe*, generoſus es. Ergo & iſte cùm aliis in caput præcipitetur: ſiquidem eſt ſpinoſus, verendúmque eſt, ne qui comederit guttur configat. *Ph.* Prædæ ſatis eſt, ô *Parrheſiades*, ne quis (ut multi ſolent) auro & hamo deglutitis abeat: deinde te ſacerdoti rependere oporteat, proinde nos eamus ambulatum. Tempus etiam eſt ut vos unde veniſti revertamini: ne ultra præſcriptum diem commoremini. Tu vero, *Parrheſiades* & *Elenche*, omnes in orbem obeundo, vel coronate, vel inurite ut dixi. *Par.* Hæc fient, ô *Philoſophia*. Valete homines optimi. Nos vero, *Elenche*, deſcendamus, & juſſa exequamur. Sed quo primum erit eundum? num in *Academiam*, vel in *Stoam*? A *Lyceo* initium faciamus: nihil hoc refert. At hoc ego novi, fore ut quocunque pervenimus, paucis coronis, multis cauteriis indigeamus.

DIA-

DIALOG. II.

CATAPLUS ſive TYRANNUS.

Charon, Clotho, Mercurius, Cyniſcus, Megapenthes, Micyllus, Dives, Tiſiphone, Rhadamanthus.

MOQUOTO *Interprete.*

Char. AGE, ô *Clotho*, navigium hoc dudum nobis paratum *eſt* ad navigationem commodè inſtructum: ſentina enim exhauſta eſt, malus erectus eſt, & velum expanſum, & remorum unuſquiſque ad ſcalmum alligatus. Nihil autem impedit, qantum ad me *attinet*, *quo minus* anchoram ſubtrahentes navigemus. Mercurius autem moratur *cum* pridem adeſſe debuiſſet, vacuum igitur [1] vectoribus, ut vides, navigium eſt, *quod* ter jam hodie navigare potuiſſet; & fere circa veſperam eſt, neque vero adhuc vel obolum lucrati ſumus. Porro, Pluto, ſat ſcio, me pigreſcere [2] in hujuſmodi arbitrabitur, idque apud alium exiſtente culpâ. Præclarus vero nobis & bonus mortuorum ductor, non ſecus ac aliquis alius *Mortuorum*, & ipſe ſupra, Lethes aquam ubi ebibit, redire ad nos oblitus eſt, aut certe luctatur cum ephebis, aut cytharam pulſat, aut orationes quaſdam recitat oſtentans nugas ſuas, aut verò alicubi furatur generoſus ille progrediens: nam una ipſius artium hæc eſt: Ille ergo liberius agit nobiſcum,

1 *Vectoribus.*] Ita vocantur qui recti ſunt cymba, quemadmodum *vehens* aliquando ponitur pro *vectus*. Cicero de *Claris Oratoribus* Adoleſcentia per medias laudes quaſi Quadrigis *vehens*, i. e. *vecta*.

2 *In hujuſmodi.*] i. e. in rebus hujuſmodi.

nobiſcum, idque cùm ex dimidio *tantum* noſter ſit. *Clo.* Quid enim nôſti, ô Charon, ſi quæ occupatio incidit ipſi; Jove diutius indigenti ut eo utatur ad ſuperiora negotia? Dominus ſiquidem ille eſt. *Cha.* Sed non ita eſt *Dominus*, ut immodicè *debeat*, imperare communi famulo: ſiquidem neque nos aliquando ipſum Mercurium, cùm abire debuit, retinuimus. Sed ego novi cauſſam, apud nos ſiquidem [3] aſphodelus tantum, libamina, & placentæ, & ſepulchrales oblationes; cætera vero, caligo, nebula, tenebræ: in cœlo autem læta omnia, & ambroſia multa, & nectar copioſum; itaque mihi jucundius apud illos morari videtur: & à nobis quidem avolat, velut ex carcere aliquo effugiens, ubi autem tempus deſcendendi *advenit*, lentè & pedetentim vix aliquando deſcendit.

2. *Clotho.* [4] Non amplius indignare, ô *Charon*, prope enim eſt *ille* ipſe, ut vides, multos nobis adducens, imo velut gregem, confertos illos virgâ abigit *ante ſe*? ſed quid hoc? vinctum neſcio quem inter illos, & alium ridentem, unum autem quendam & peram appenſam habentem, & lignum in manu video habentem, torvè intuentem & alios urgentem. Non vides ipſum Mercurium ſudore diffluentem & pedes pulvere conſperſum & anhelantem, & plenum flatu ipſi eſt os. quid hæc, ô Mercuri? Quæ hæc feſtinatio? Turbatus, enim nobis videris. *Mercurius.* Quid enim aliud quam *dum* hunc ſceleſtum fugientem perſequor, parum abeſt *quin* navis deſertor vobis fuerim. *Clotho.* Quiſnam eſt? aut

3. *Aſphodelus.*] Hujus herbæ meminit Plinius Nat. Hiſtor. l. 21. c. 17. dicit mandi ſemine toſto & bulbo, meminit & Heſiodus ἐργ. 4. dicitque Νηπίας neſcire ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ, hoc eſt, in tenui victu. Aſphodelus enim pauperum cibus atque ideo magis congruus tenuibus umbris.

4 *Non amplius indignare.*] Expone potius *ne*, *non* enim nuſquam jungitur modo Imperativo.

quid volens fugiebat? *Mer.* Hoc quidem clarum, quod vivere diutius volebat: eſt autem Rex aliquis vel Tyrannus, quantum ex ejulatu *conjiccre eſt*, & *ex iis* quæ deplorat, ingenti quadam felicitate *ſe* privatum dicens. *Clo.* Itáne ſtultus, quaſi ſupervivere poſſet, deficiente jam, quod ei fato ſtatutum fuerat, ſtamine. *Mer.* Fugiebat ais? *Equidem* niſi generoſiſſimus ille qui lignum *geſtat*, adjuviſſet me, & accipientes ipſum ligaviſſemus, certe abiviſſet effugiens nos. Ex quo enim tradidit mihi illum Atropos, totâ viâ reſiſtebat, & retrahebat ſe, & pedibus renitens ſolo non plane ductu facilis erat: interdum autem orabat, & intente ſupplicabat dimitti [5] ad modicum petens, & multa daturum pollicebatur. Ego verò, ut par eſt, [6] non remittere, videns *eum* quæ fieri non poſſunt, deſiderare. Ubi verò prope ipſum jam os eramus, & mortuos, ut mos *eſt*, numerarem Æaco, & ille recenſeret eos, juxta ſymbolum tranſmiſſum à ſorore tuâ clam, neſcio quo pacto, ter maledictus ille abibat. Deerat ergo mortuus unus numero. Æacus autem attollens ſupercilia, ne in omnibus, ô Mercuri, inquit, utere arte furandi, ſatis tibi in cœlo luſus: Mortuorum negotia accurata, quæ nullo modo latere poſſunt. Quatuor, ut vides ſupra, mille ſymbolum habet inſculptos, tu verò mihi præter unum venis adducens, niſi hoc dicas, quod decepit te Atropos. Ego autem erubeſcens ad hunc ſermonem, ſtatim memini eorum, quæ in viâ acciderant: atque ubi circumſpiciens nullibi eum vidi, intelligens fugam inſecutus ſum quantâ celeritate potui per viam ducentem ad lumen. Sequebatur autem me lubens præclarus

5 *Ad modicum.*] Supple *tempus.*
6 *Non remittere.*] Redde potius non remittebam, ἀνίειν enim non eſt Infinitivi modi ſed Imperfecti Indicativi, vide Method. Noſtr. n. 106. Minore charactere ιειν, ιεις, ιει.

ille,

ille, & velut à carceribus currentes, comprehendimus illum jam in Tœnaro *exiſtentem*, tam parum abfuit quin effugeret.

3. *Clo.* Nos autem ô Charon, ſocordiam Mercurii jam condemnabamus. *Cha.* Quid igitur adhuc moramur, quaſi non ſufficiente nobis factâ morâ? *Clo.* Bene dicis: conſcendant. Ego verò in manibus habens librum, & circa ſcalam ſedens, ut mos eſt, conſcendentem, unumquemque ipſorum dignoſcam, quis & unde, & quo pacto mortuus. Tu autem aſſumens comprime, & compone ô Mercuri: Tu verò infantulos iſtos primos injice, quid enim mihi reſpondeant? *Mer.* En tibi ô Portitor, numerum. Illi trecenti cùm *pueris* expoſitis. *Cha.* Papæ! [7] fœlicem capturam, immaturâ morte præventos nobis mortuos venis adducens. *Mer.* Vis, O Clotho, indefletos *illos* præter iſtos inducamus? *Clo.* Senes dicis? Ita fac. quid enim me oportet negotia habere, ea quæ ante Euclidem *erant*, quomodo nunc ſe *habeant* examinantem? Vos, qui ſupra ſexageſimum *annum eſtis*, venite jam. Quid hoc? non audiunt me, obturatas aures habentes præ annis; oportebit forte, & te illos ubi ſuſtuleris, adducere. *Mer.* Ecce tibi duobus minus quadraginta, tabefacti omnes, & maturæ ætatis, & tempori-decerpti. *Clo.* Per Jovem, ſiquidem [8] uvæ paſſæ omnes jam ſunt. Vulneratos inſuper, O Mercuri, adducas; & primum mihi dicite, quomodo mortui *huc* veniſtis? Magis autem ipſa ſecundum ea quæ ſcripta ſunt, vos inſpiciam. Bellantes mori oportebat heri in Media, quatuor ſupra octoginta, & [9] Gobarem Oxyartæ

7. *Fælicem.*] Felicem potius ſic Græcè εὔλιξ, nomen viri, non Φαίλιξ, aut Φεῖλιξ.

8 *Uvæ paſſæ.*] Colorem ſi ſpectas & rugas.

9 *Gobarem.*] Virum hujus nominis habes Plin. l. 6. c. 26. Sed utrum ille Oxyartæ filius non liquet.

filium cùm illis. *Mer.* Adſunt. *Clo.* Propter amorem ſeipſos jugulârunt ſeptem, & Philoſophus Theagenes propter meretricem è [10] Megara. *Mer.* Illi ipſi prope *ſunt.* *Clo.* Ubi autem & à ſe mutuo occiſi propter regnum? *Mer.* Adſtant. *Clo.* Ille autem qui ab adultero ſuæ conjugis occiſus eſt? *Mer.* En tibi illum prope. *Clo.* Qui ex tribunalibus, illos adduc, dico autem, eos, qui tympano *puniti ſunt*, & in crucem acti. Qui verò à prædonibus occiſi ſedecim illi ubi ſunt, O Mercuri? *Mer.* Adſunt, vulnerati autem illi quos vides, & fœminas ſimul vis ſiſtam? *Clo.* Maximè: Item qui naufragio *perierunt*: ſimul enim mortui ſunt & eodem modo, qui febre *perierunt*, & illos ſimul *adducito*, ſed & Medicum Agathoclem cùm ipſis.

4. Ubinam eſt philoſophus Cyniſcus, quem oportebat Hecates cœnam manducantem & ex luſtratione ova *relicta*, inſuper autem & ſepiam crudam, mori? *Cy.* Olim tibi adſto, O Clotho optima: quidnam autem peccâram, ut me tantum temporis ſurſum ſineres? fere enim [11] integram mihi colum neviſti: quanquam ſæpius conatus ſum, ſtamen abrumpentem venire, ſed neſcio quomodo, infrangibilis erat. *Clo.* Inſpectorem te, & Medicum humanorum delictorum reliqueram, ſed conſcende bonâ fortunâ. *Cy.* Per Jovem *non aſcendam*, niſi prius hunc vinctum conſcendere fecerimus, vereor enim ne te à ſententia dimoveat, rogans. *Clo.* Age, videam quis ſit. *Mer.* Megapenthes Lacydæ filius Tyrannus. *Clo.* Conſcende tu. *Mer.* Nequaquam, O Domina Clotho, ſed me ad modicum ſinas aſcendere *ad vitam*, deinde ſpontaneus veniam, vocante

10 *E Megara.*] Urbe Achaiæ inter Athenas & Corinthum.

11 *Integram mihi colum neviſti.*] Hi: *Clotho* dicitur *Nere*: contra quam vulgo cantatur, *Clotho* colum geſtat, *Lacheſis* trahit, *Atropos* occat.

nemine.

nomine. *Clo.* Quid porrò eſt cujus gratiâ redire vis? *Meg.* Domum perficere mihi primum permitte, ſemiperfecta ſiquidem domus relicta eſt. *Clo.* Deliras: enimverò aſcende. *Meg.* Non multum tempus, O Parca, peto, unam permitte me manere hanc diem, donec aliquid injunxero conjugi de pecuniis, ubi magnum habeo theſaurum defoſſum. *Clo.* Fixum eſt, non conſequeris. *Meg.* Peribit igitur tantum aurum? *Clo.* Non peribit, ſecurus eſto hâc de re. *Megacles* enim tuus conſobrinus accipiet. *Meg.* O contumeliam! inimicus, quem præ ſocordiâ non ante occidi? *Clo.* Ille ipſe, & ſupervivet tibi annos quadraginta, & aliquid ultra, pellices autem & veſtem, & totum tuum aurum excipiens, *velut ſucceſſionis jure.* *Meg.* Injuſte agis, O Clotho, mea inimiciſſimis diſtribuens. *Clo.* Tu autem nonne Cydimachi illa ipſa cùm eſſent, O Generoſe, excepiſti? ubi ipſum occidiſti & liberos ipſo adhuc ſpirante inſuper jugulâſti? *Meg.* Sed nunc mea erant. *Clo.* Igitur præteriit tempus poſſeſſionis.

5. *Meg.* Audi, O Clotho, quæ tibi privatim nemine audiente dicere volo: vos autem recedite ad modicum: ſi me [12] dimiſeris fugere, mille tibi talenta auri ſignati daturum tibi promitto hodie. *Clo.* Adhuc aurum, O Ridicule, & talenta in memoriâ habes? *Meg.* Et duos crateres ſi vis addam, quos accepi occidens Cleocritum, pendentes ſingulos auri defæcati talenta centum. *Clo.* Trahite illum, videtur enim non aſcenſurus nobis volens. *Meg.* Teſtor vos, murus imperfectus manet, locus in quo naves cuſtodiantur: abſolutos ſupervivens quinque ſolos dies. *Clo.* Securus eſto, alius muro circundabit. *Meg.* Tamen hoc omninò æquum puto. *Clo.* Qua-

12 *Dimiſeris fugere.*] Malo dicere permiſeris.

lenam? *Meg.* Tantùm vivere donec ſubegero Piſidas, & Lydis impoſuero tributum, & monumentum mihi valde magnum extruens inſcripſero quæcunq; feci magna & imperatoria, per vitam. *Clo.* Non unum diem poſtulas, ſed ferme viginti annorum moram. *Meg.* Vades vobis paratus ſum præbere celeritatis & reditûs. Quin ſi vultis, ſuccedaneum vobis pro me ipſo præbeto Agapetum. *Clo.* O ſceleſte, hunc quem optabas ſæpius ſuper terram relinquere? *Meg.* Olim hoc optabam, nunc autem video meliùs. *Clo.* Veniet tibi ille paulo poſt à [13] nupero Rege interfectus. *Meg.* Igitur ne hoc deneges O Parca, mihi? *Clo.* Qualenam? *Meg.* Scire volo, quæ poſt me ſunt quomodo ſe habebunt. *Clo.* Audi, magis tamen dolebis, ubi didiceris, tuam quidem conjugem Midas ſervus habebit, olim autem & ipſam vitiabat. *Meg.* Sceleſtus, quem ego illi parens dimiſi liberum? *Clo.* Filia autem tua, pellicibus ejus qui Tyrannus eſt, annumerabitur: imagines autem & ſtatuæ, quas Urbs erexit tibi olim, omnes everſæ riſum præbebunt ſpectantibus. *Meg.* Dic mihi: nullus amicorum indignatur ob ea quæ fiunt? *Cl.* Et quis tibi erat amicus, vel ex quâ cauſâ juſta factus? Ignoras quod ii qui adorabant te, dicta & facta ſingula laudantes vel metu, vel ſpe hæc faciebant, imperii amici exiſtentes, & ad tempus reſpicientes. *Meg.* Et tamen libantes in conviviis, magnâ voce precabantur mihi multa, & bona: præmori unuſquiſque paratus erat, ſi fieri potuiſſet, & omninò juramentum ipſis ego eram. *Clo.* Ergo apud unum eorum, *apud quem* heri cœnaſti, mortuus es: quod enim poſtremo loco tibi ad bibendum, allatum eſt, illud ipſum huc te dimiſit. *Meg.* Hoc illud eſt

13 *Nupero rege.*] Benedict. ab eo qui recens Regem agit.

quod

quod amarum ſenſeram: quorſum autem fecit? *Clo.* Multa me interrogas, cùm aſcendere oporteat.

6. *Meg.* Unum me maximè angit, propter quod cupiebam ad modicum tempus in lucem emergere. *Clo.* Quid porrò illud eſt? Videtur enim aliquid magnum eſſe. *Meg.* Caryon ſervus meus, ſtatim atque me defunctum vidit, circa veſperam aſcendens in conclave ubi jacebam, cùm otium eſſet (nullus enim me cuſtodiebat) intuitus me, tu quidem, inquit, impure homule, plagas mihi ſæpius nihil peccanti incuſſiſti; & ſimul hæc dicens vellicabat me, & in gena percutiebat: demum excreans & conſpuens, in impiorum locum abi, cùm adjeciſſet, diſceſſit. Ego autem incendebar ira, non habebam tamen quid ei facerem, ſiccus jam & frigidus exiſtens. [14] Sceleſta autem famula ubi ſtrepitum quorundam accedentium ſenſit, ſalivâ inungens oculos quaſi lugeret ſuper me, ejulans, & nomen meum invocans, diſcedebat: quos ſi comprehendero--- *Clo.* Deſine minari, ſed conſcende, tempus eſt jam te [15] occurrere tribunali. *Meg.* Et quis volet contra virum Tyrannum calculum accipere? *Clo.* Contra Tyrannum quidem nullus, contra Mortuum autem Rhadamanthus, quem ſtatim videbis juſtum, & ſecundum meritum imponentem unicuique pœnam. Nunc autem ne cunctare. *Meg.* Saltem privatum, O Parca, & ex pauperibus unum, licet ſervum, pro eo qui *Rex fui*, reviviſcere me ſinas tantum. *Clo.* Ubinam qui lignum habet? & tu, O Mercuri, trahite illum intus pede, non enim conſcendit volens. *Mer.* Sequere nunc fugitive. Cape hunc tu Portitor, & illum

14 *Sceleſta famula.*] i. e. Glycerium quæ ſimul erat cùm Caryone.

15 *Occurre tribunali.*] *Ut in judicium concedas.* Benedict.

quen-

quendam, [16] & quomodo ſecurè *cave*, certe malo alligabitur. *Meg.* Atqui in primo loco ſedere me oportet. *Clo.* Quid ita? *Meg.* Quia per Jovem Tyrannus eram, & ſatellites habebam plurimos. *Clo.* An non juſte te vellicabat Caryon adeo ineptum exiſtentem? Amaram igitur Tyrannidem habebis, ubi guſtaveris baculum. *Meg.* Audebit Cyniſcus ſublatum intentare mihi baculum? Nonne ego te nuper, quod liber nimium & aſper eras & proclivis ad objurgandum, parum abfuit *quin* cruci affixerim? *Clo.* Igitur manebis & tu malo affixus.

7. *Micyllus.* Mei nulla ratio & vobis habebitur? an quia ſum pauper propter hoc poſtremum conſcendere me oportet? *Clo.* Tu verò quiſnam es? *Mi.* Sutor Micyllus. *Clo.* Itane indignaris [17] tardans? Non vides quanta Tyrannus pollicetur daturum dimiſſus ad breve tempus? Miror ergo ſi non amabilis tibi erat mora. *Mi.* Audi, O optima Parca, non valde me Cyclopis illud delectat donum promittere, quod poſtremum ego Ulyſſem devorabo: [18] ſive ergò primum ſeu poſtremum iidem dentes manent. Cæterum neque ſimilia mea & divitum ſunt, ex diametro enim oppugnant (ut dicunt) vitæ noſtræ: ille ſiquidem Tyrannus qui felix eſſe videbatur in vitâ; terribilis omnibus conſpicuus, ubi reliquit tantum aurum, & argentum, & veſtes, & equos, & cœnas, & pueros ſpecioſos, & feminas pulchras, jure triſtabatur, & avulſus ab iſtis graviter ferebat. Neſcio enim quomodo velut viſco alicui adhæret talibus *rebus* anima, neque vult diſcedere facile, utpote illis olim inhærens, magis vero infrangibile neſcio quod vinculum eſt, quo alligatos

16 *Quomodo ſecurè cave.*] Græca verba ſunt ὅπως ἀσφαλῶς. Imperfecta, quæ ſic ſuppleas, ὅρα ὅπως ἀσφαλῶς φυλάττῃς, i. e. Vide ut ſecurè teneas.

17 *Tardans.*] i. e. Commoratus, eodem ſenſu uſurpat Tullius ad Brutum.

18 *Sive ergò.*] Malo dicere *ſive enim.*

eſſe

eſſe contingit. Certè licet abducat aliquis illos per vim ejulant, & cætera audaces, timidi ad hanc inveniuntur, quæ ad Orcum ducit, viam. Convertuntur ergo retrorſum, ſicut qui vehementer amant, & procul aſpicere ea quæ in luce *fiunt*, volunt, ut ſtultus ille faciebat. & in viâ aufugiens, & hic te valde deprecans. Ego verò ut qui nullum habebam pignus in vitâ, non agrum, non contubernium, non aurum, non vaſculum, non gloriam, non imagines, jure expeditus ſum. ſolum autem Atropos innuebat mihi, lubens projeci ſcalprum & corium, crepidam quandam in manibus tenens, exiliens ſtatim diſcalceatus, [19] neque melanteriam abſtergens ſequebar, quin potius præibam ante aſpiciens, nihilque eorum quæ retro *erant*, retroagebat & revocabat *me*. & per Jovem præclara apud vos omnia video. Nam æqualitatem omnibus ineſſe, & neminem à vicino differre, ſuaviſſimum mihi eſſe videtur. Conjicio autem neque exigi debita à creditoribus, neque tributa pendere *quenquam*, & quod præcipuum eſt, neque rigere hyeme, neque ægrotare, neque à potentioribus colaphis cædi *tenuiores* : pax autem omnis & res in contrarium converſæ. Nos ſiquidem pauperes ridemus, contriſtantur autem & lugent divites. *Clo.* Olim igitur te ridentem videbam, O Micylle, quid igitur te maxime movebat ad ridendum ?

7. *Mi.* Audi, honoratiſſima mihi Dea : ſurſum habitabam prope Tyrannum, valde exacte intuebar quæ fiebant ab ipſo, & mihi videbatur tunc Deo æqualis eſſe : Purpuræ florem videns, beatificabam, & ſequentium multitudinem, & aurum, & gemmis diſtincta pocula, & lectos argenteis pedibus, inſuper & nidor eorum, quæ præparabantur ad cœnam, af-

19 *Melanteriam.*] Benedict. *atramentum.*

fligebat me. Velut ſupra hominem neſcio quis, & ter beatus apparebat, & fere non pulchrior, & excelſior *homine* integro cubito regio elatus propter fortunam, & magnificè procedens, & ſeipſum reſupinans, & obvios obſtupefaciens. Mortuus autem ridiculus omnino mihi viſus eſt. Ubi exuit luxum; & meipſum adhuc magis deridebam, quale piaculum ſtupueram, ex nidore conjiciens ipſius felicitatem, & beatum prædicans propter ſanguinem *eorum*, quæ in Laconico mari *ſunt*, conchiliorum. Non ſolum autem hunc *ridebam*, ſed & fœneratorem Gniphonem, videns gementem, & pœnitentem quod non fruitus eſſet pecuniis, ſed iis non guſtatis mortuus eſſet, prodigo Rhodocari divitias relinquens, ille enim proximus erat ipſi genere, & primus ad hæreditatem vocabatur, ex lege, non habebam quomodo compeſcerem riſum. Et præſertim memor quod pallidus ſemper & ſqualidus erat curis fronte plenus, & ſolis digitis Dives, quibus talenta & myriadas ſupputabat, ſenſim colligens quæ brevi tempore diſſolvenda erant à beato illo Rhodocare. Sed cur non jam abimus? & inter navigandum ob alia videbimus plorantes illos videntes. *Clo.* Conſcende ut attollat Portitor anchoram.

8. *Cha.* Heus tu, quo—ferris? plenum jam eſt navigium: hic exſpecta, cras mane, & tranſvehemus. *Mi.* Injuſtus es, O Charon, Marcidum jam mortuum derelinquens. certè accuſavero te contra leges agentem coram Rhadamantho. Heu me! quot mala! jam navigant, & ego ſolus hic relinquar. Cur non enato ad eos? Neque enim timeo ne defatigatus ſuffocer, *cum* jam *ſim* mortuus, præterea neque obolum habens ad Naulum ſolvendum. *Clo.* Quid hoc? Exſpecta, O Micylle: nefas ſic te tranſire. *Mi.* Fortè vobis prior appellam. *Clo.* Minimè;

nimè : ſed navem obvertentes recipiamus eum, & tu, O Mercuri, corripe. *Cha.* Ubi nunc ſedebit? plena ſiquidem omnia, ut vides. *Mer.* Super humeros Tyranni, ſi videtur. *Clo.* Præclarè Mercurius excogitavit; aſcende igitur, & collum ſceleſti illius conculca: nos autem feliciter navigemus. *Cyniſcus.* O Charon, [20] bene habet tibi veritatem hic dicere: Obolum quidem hic tibi dare non poſſum, ubi navigavero. Nihil enim eſt præter peram, quam vides, & lignum. Cæterùm ſi ſentinam haurire vis, paratus ſum & remigem eſſe. Nihil autem conquerêris ſi remigationi aptum & fortem mihi remum des ſolum. *Cha.* Remiga: hoc enim ſufficiens à te accipere. *Mic.* an cantilenam nauticam cantare oportebit? *Cha.* Licet per Jovem, ſi noveris celeuſma aliquod nauticum. *Mi.* Multas novi, O Charon, è nauticis cantilenis: ſed vides ut obſtrepunt illi plorantes, quare nobis canticum perturbabitur. *Dives.* Heu poſſeſſiones, heu agros, heu qualem domum reliqui! quot talenta hæres dilapidabit ubi acceperit, heu, heu recens natos liberos! quis vites vindemiabit, quas ſuperiore anno plantavi? *Mer.* Micylle, tu nequaquam lamentaris, tamen nefas eſt ſine lacrymis navigare quenquam. *Mi.* Nihil eſt cujus cauſsâ plorem feliciter navigans. *Mer.* Tamen aliquid ex conſuetudine ingemiſce. *Mi.* Piorabo igitur quandoquidem tibi videtur. heu mea coria, heu veteres crepidas, heu putrida calceamenta! non amplius miſer à mane uſque ad veſperam jejunus remanebo, neque hyeme diſcalceatus & ſeminudus, dentes præ frigore concutiens. Quis meum ſcalprum habebit, quis ſubulam? ſatis ploratum eſt, ferme jam navigationem abſolvimus.

20 *Bene habet tibi veritatem hic dicere*] *Æquum eſt ut verum hinc tibi* dicam. Benedict.

8. *Cha.*

8. *Cha.* Age Nauium nobis reddite, & tu da: ab omnibus jam habeo: da & tu obolum, O Micylle. *Mic.* Jocaris, O Charon, & in aquâ (ut dicunt) jam ſcribis, à Micyllo obolum exſpectans: Primo neque novi ſi triangulare *quid* eſt obolus, an rotundum. *Cha.* Præclaram navigationem & quæſtuoſam hodie feci, deſcendite tamen; ego autem ad equos & boves & canes, & reliqua animalia redeo. tranſvehere enim illa oportet. *Clo.* Deduc illos, O Mercuri, cum acceperis, ego autem in adverſam ripam enavigabo [21] Indopatem, & Heramithren Syros adductura: occiderunt enim ſe mutuo, de terræ limitibus pugnantes. *Mic.* Hercules! quantas tenebras! ubi nunc pulcher [22] Megellus? aut quo dignoſcat quis hic, ſi pulchrior eſt [23] Phryne Simmiche: Omnia enim æqualia & ejuſdem coloris, & nihil pulchrum neque pulchrius. Sed jam pallium quod adhuc deforme eſſe videbatur, æquale fit regiæ purpuræ. Obſcura enim ambo, & ſub iiſdem tenebris demerſa. Cyniſce, tu verò ubi nunc es? *Cy.* Hic dico tibi Micylle, ſed ſimul ſi videtur eamus. *Mi.* Bene dicis; injice mihi dextram: dic mihi, initiatus ſiquidem es ſacris Eleuſiniis, nonne ſimilia illis, ea quæ hic ſunt, tibi videntur? *Cy.* Bene dicis: ecce enim accedit facem tenens neſcio quæ, horrendum quid & minax aſpiciens. An non Erinnys eſt? *Mi.* Videtur ex habitu. *Mer.* Aſſume hos, O Tiſiphone, quatuor ſupra mille. *Tiſ.* Atqui diu eſt ex quo Rhadamanthus ille nos exſpectat. *Rhad.* Adhuc illos, O Erinny: Tu autem, O Mercuri, præconis munus exerce, & voca. *Cy.* O Rhadamanthe, per patrem me primum intuere in medium adducens.

21 *Indopatem & Heramithren*] viros, de quibus autores ſilent.

22 *Megellus.*] Pulcher Adoleſcens, vid. ſupra, n. 107.

23 *Phryne vel Phryna & Simmiche vel Simmicha.*] Ambæ meretrices.

Rha

Rha. Quorſum? *Cy.* Omninò volo accuſare aliquem in iis, quæ conſcius ſum mala feciſſe ipſum in vitâ. Minimè dignus fuerim dicens, niſi prius ipſe appa-ruero qualis ſim, & quali vixi modo. *Rha.* Quis es tu? *Cy.* *Sum* Cyniſcus, O bone, profeſſione Philoſophus. *Rha.* Huc veni, & primus ad judicium aſſiſte. tu autem convoca accuſatores.

10. *Mer.* Siquis Cyniſcum hunc accuſat: huc veniat. *Rha.* Nullus accedit: ſed non ſatis eſt hoc, O Cyniſce, exue, ut contempler te ex [24] ſtigmatis. *Cy.* Ubi ego inuſtus fuerim? *Rha.* Quæcunque veſtrûm aliquis mala fecerit in vitâ, ſingillatim horum obſcuras notas in animâ circumfert. *Cy.* En tibi nudus adſto: itaque inquire illas quas dicis notas. *Rha.* Purus omninò ille præter tres aut quatuor obſcuras valde, & non apparentes notas: quanquam quid hoc? veſtigia quidem & ſigna inuſtionum neſcio quomodo deleta ſunt, magis autem exciſa; quomodo hæc, O Cyniſce, aut purus denuò factus es? *Cy.* Ego tibi dicam: olim malus propter ignorantiam cum eſſem, & multas idcircò notas acquirens, ſtatim atque philoſophari incepi, ſenſim omnes maculas ex animâ elui. *Rha.* Optimo, heus tu, & efficaciſſimo uſus pharmaco: ſed abi in beatorum inſulas, optimis cohabitaturus, ubi accuſaveris prius quem dicis Tyrannum. Alios advoca. *Micyllus*, & meum, Rhadamanthe, exiguum eſt, & brevi examine indigens, olim tibi nudus ſum, itaque intuere. *Rha.* Quiſnam es? *Mi.* Sum ſutor, Micyllus: *Rha.* Euge, O Micylle: purus valde & minimè inſcriptus: & tu abi apud hunc Cyniſcum. Tyrannum jam advoca. *Mer.* Megapenthes Lacydæ *filius* veniat. Quo vertis te? accede, te Tyrannum voco: projice illum O Tiſiphone, in medium per

24 *Stigmatis.*] A Stigmatum pro ſtigmatibus.

collum

collum impellens. Tu autem, O Cyniſce, accuſa, & convince, jam prope enim vir ille *eſt*. *Cy*. Omninò verbis non erat opus, cognoſces enim ipſum ſtatim, qualis eſt, ex notis : tamen ipſe detegam tibi hominem, & ex oratione oſtendam manifeſtius. Ille ter maledictus, quanta quidem privatus adhuc exiſtens fecit, omiſſurus videor. Ubi autem audaciſſimos ſodales aſciſcens, & ſatellites colligens, inſurgens civitati Tyrannus conſtitutus eſt, indictâ cauſsâ occidit plures quam mille. Poſſeſſiones autem ſingulorum auferens & ad divitiarum ſummum ubi pervenit, nullam intemperantiæ ſpeciem prætermiſit : omni autem crudelitate & contumeliâ contra miſeros cives uſus eſt, virgines corrumpens, ephebos dedecore afficiens, & omni modo in ſubditos debacchans. Jam deſpicientiæ & faſtus, & in obvios inſolentiæ meritas de eo pœnas capere non poſſis. Facilius ergo quis ſolem quam illum oculis intentis inſpexiſſet. Cæterum ſuppliciorum, ad credulitatem ejus *explendam*, quis ennarrare poſſit, qui neque à familiariſſimis abſtinuit ?

11. Cæterum quod hæc ejus accuſatio alias vana non ſit confeſtim ſcies, advocans eos qui ab ipſo occiſi ſunt, magis autem non vocati, ut vides, adſunt, & circumſtantes ſtrangulant eum. Illi omnes ab impuro illo vitâ privati ſunt, O Rhadamanthe. Illi quidem ob pulchras uxores inſidiis appetiti ; illi autem filiorum cauſsâ, qui [25] ob contumeliam adducebantur indignantes : Illi autem qui divites erant : Illi autem qui erant [26] habiles & prudentes, & nequaquam acquieſcebant iis quæ fiebant. *Rha*. Quid ad hæc, O impure, dicis ? *Meg*. Cædes quidem feci, quas dicit : alia autem omnia, adulte-

25 *Ob contumeliam.*] Benedict. libidinem.
26 *Habiles.*] Benedict. *boni.*

ria,

ria, & epheborum injurias, & corruptelas virginum, hæc omnia Cyniſcus contra me mentitus eſt. *Cy.* legitur eorum tibi exhibeo teſtes. *Rha.* Quos dicis *teſtes?* *Cy.* Advoca, mihi, O Mercuri, Lucernam ejus & lectum: teſtabuntur enim ubi advenerint qualia conſcia ſunt feciſſe ipſum. *Mer.* Lectus & Lucerna Megapenthæ adſit. bene fecerunt, dum obaudiêrunt. *Rha.* Dicite igitur vos quæ feciſſe ſcitis Megapenthem. Prior autem Lectus dicat. *Lectus.* Omnia vera accuſavit Cyniſcus: certè quidem hæc dicere, O domine Rhadamanthe, erubeſco, ea erant, quæ in me facit. *Rha.* Manifeſtiſſima igitur teſtaris contra eum, neque dicere illa ſuſtines: [27] Et tu autem, O Lucerna, jam teſtare. *Lucerna.* Quæ per diem facta ſunt, ignoro, non enim aderam, quæ autem nocte faciebat & tolerabat, dicere timeo. Cæterum vidi multa & infanda, & omnem contumeliam excedentia, quanquam ſæpe lubens oleum non bibebam, extingui volens: Ille autem adhibebat me his quæ fiebant, & lumen meum omni modo maculabat. *Rha.* Satis jam teſtium, ſed exue purpuram ut numerum notarum videamus: Papæ! totus lividus eſt & conſcriptus, magis autem cœruleus eſt ex notis: Quonam ergò modo punietur? an non in Pyriphlegethontem eſt conjiciendus, aut tradendus Cerbero? *Cy.* Non, ſed ſi vis, ego tibi novam quandam & congruam ipſi pœnam ſubjiciam. *Rha.* Dic, ut maximam tibi ob hoc [28] gratiam ſciam. *Cy.* Mos eſt mortuis omnibus bibere Lethes aquam. *Rhad.* Certè. *Cyn.* Igitur ſolus ex omnibus impotus ſit. *Mer.* Quorſum tandem? *Cyn.* Gravem hoc modo ſuſtinebit pœnam,

